

DUKE  
UNIVERSITY  
LIBRARY

*Treasure Room*



Digitized by the Internet Archive  
in 2011 with funding from  
Duke University Libraries



DE RE .

DIVORII .

IN QVA PLERAEQUE DE  
causis matrimonialibus ( quas vocant ) incidentes  
controuersia ex verbo Dei deciduntur.

Additur Iuris Ciuilis Romanorum, & veterum his  
de rebus canonum examen, ad eiusdem Verbi  
Dei, & æquitatis normam.

EX TH. BEZAE VEZELII PRAELE-  
ctionibus in priorem ad Corinthios  
Epistolam.



APVD EVSTATHIVM VIGNON.

M. D. LXXIII.

30

**Q**UAE hinc ex Pontificiis Ca-  
nonibus citauimus, nemo perin-  
de accipito, ac si eorum auctoritate  
veritatem nisi vlla ex parte vellemus.  
Tantum enim illos idcirco protuli-  
mus, vt haec aduersus eos quoque va-  
leant quibus alioqui religio est quic-  
quam quod probemus non improbare.



# DE REPUDIIS ET DIVORTIIS.

**D**vo iam olim gradus in ma-  
trimonio fuerunt constituti, Spōsalium  
origo &  
causæ. non tantum in Ecclesia, sicut  
ex Mose & Matthæo colligi Deut. 20. 7  
Mat. 1. 18 facile potest: verum etiam  
inter Græcos, apud quos *μνηστεύειν* & *γαμειν*  
differunt: & iure Romanorum civili, in quo  
de Sponsalibus copiosè cauetur. Videntur  
autem eius moris duæ potissimum causæ  
generales fuisse: vna, vt tanti momēti obli-  
gatio non protinus, sed duobus demum  
distinctis gradibus perficeretur: altera, vt  
medio temporis interuallo, num aliquid  
fortassis esset quod matrimonij consum-  
mationem impediret, tempestiuè dispice-  
retur, quoniam videlicet cōsummato ma-  
trimonio res in integrum postea restitui  
in virgine nullo modo potest: in vidua, sine  
infamia turpique macula nō potest. Addo  
quoque tertiam, cuius vel maxima habita  
fuit ratio in Christiana Ecclesia, nempe vt

honestas in hac sancta corporum coniunctione seruetur, quod non fieret si statim ut facta est stipulatio, ad concubitum effreni libidinis impetu coniuges prouerent. Certum autem illius inter sponsalia & nuptias intercedentis temporis spatium sub Lege vel in prima Ecclesia fuisse non lego: sed recte videtur postea illud definiisse Ecclesia veluti trinundina promulgatione, in solemnem videlicet coetum faciendam, ut rite & ordine omnia in Domo Dei, ex Apostoli doctrina peragantur. Itaque qui hunc morem aspernantur, sciant se ludibrio habere Ecclesiam Dei, quum plane ridiculum sit denuntiare futuram matrimonij benedictionem quod clam sit consummatum: & num aliquod sit impedimentum rebus non amplius integris querere. Qua igitur fronte postea pro virgine prodibit quae iam cum marito concubuit? & benedictio quo pudore ab Ecclesia, quae ludibrio habita fuerit, flagitabitur? Itaque in hac Geneuensi Ecclesia recte illud obseruatur, ut qui tale quippiam admiserint, antequam illis benedicatur, culpam coram Ecclesia, praesente Ministro, agnoscant: nec virginali habitu prodeat quae virginitatem ante tempus pacto etiam marito prodidit. Quibus vero, ut vulgo in Papatu fieri solet, precio accepto

hujus-

huiusmodi promulgationes omittere nulla est religio, quod potius quàm sacrilegorum nomē tribuas? Sed & illa solemnis nuptiarum in Ecclesia benedictio vetustissima est, & iustis de causis sancita: non modò vt Deo, sicuti par est, consecretur indiuiduæ consuetudinis vitæ initium: verum etiam vt infinitis alioqui fraudibus occurratur, Christianis certè admodum turpe fuerit, non conscia Ecclesia matrimonium inire vnde nascantur futuræ Ecclesiæ membra, quum ipsas prophanas gentes constet ritibus penè infinitis sua coniugia iis quos falso deos arbitrabantur, consecrassè. Sed & prima illa coniugij Adami à Deo ipso E-  
Benedictio nuptiarum. Tert. libr. 2. ad vxores. Ambros. e- pist. 70. lib. 9.  
Gen. 2. 24

*Placuit, despondi, nuptiis dictus est dies.*

Inde & illud consequitur, totidem esse

Repudiū  
& Diuor-  
tium quo  
differant.

eius dirimendi vinculi gradus, nempe **REPUDIUM**, quo sponsalia, & **DIVORTIUM**, angustiore significatione appellatum, quo matrimonium, iam ipsa interueniente corporum copula consummatum, dirimitur, vt disertè declarat Modestinus. De utroque igitur sigillatim agemus, ac primùm quidem de repudiis, siue de sponsalium diremptione.

1. inter stu-  
prū. D. de  
verb. sign.

De sponsa-  
libus ipso  
iure nullis  
siue inuti-  
libus.

Sponsalia propriè dicuntur dirimi quæ rata prius fuerūt ac proinde legitimè contracta: nec enim vbi nullum est vinculum, diremptioni locus est. Nihil tamen prohibet quominus de iis quoque sponsalibus, & quidem priore loco, disceptemus, quæ quum ipso iure nulla ac planè inutilia sint, impropriè dirimi dicuntur, quum potius vana ab ipso statim initio, quod ad obligationem attinet, fuisse declarentur.

Sponsalia  
verbis in  
futurū cō-  
ceptis non  
obligant  
præcisè.  
c. præter-  
ea. & c. re-  
quisiuit.  
De spons.

Eiusmodi sunt autem in primis sponsalia quæ solis verbis de futuro, vt loquuntur, siue purè, siue addita conditione concipiuntur, vt si quis dicat **ACCIPIAM**, non autem **ACCIPIO**. Nam, vt rectè declarat Lombardus, aliud est promittere quàm facere. Aliqua tamen in eo subest difficultas, quòd Sponsalia sui natura in futurum respiciant, quum in ipsis demum nuptiis vxor ducatur. Imò etiam verbo *ἡγάλαμεθα* uti-

Lombard.  
lib. 4. dist.  
27. & 28.

tur

tur Angelus apud Matthæum, de Iosepho Mat. i. 20  
iam desponso loquens, vt **DESPONDE-**  
**RE** nihil aliud sit quam **SE ACCEP-**  
**TV- RVM SPONDERE.** Neque verò du-  
bium est quin Sponsalia veteribus nihil a-  
liud fuerint quàm sponsiones, id est, adhi-  
bita stipulatione solemnes de accipienda  
uxore promissiones, ita vt non tunc plena  
& absq; omni exceptione fieret futuri ma-  
trimonij obligatio, sed libertas quædam re-  
linqueretur recedēdi à cōtractu & Sponso  
& Sponsæ, si ita placuisset: quāuis ex sponso  
ageretur, & qui in culpa erat **QVANTI** Gen. lib. 4<sup>d</sup>  
**INTERAT** damnaretur. Christiani cap. 4.  
verò, quibus meritò summa semper religio  
fuit de isto contractu cuius se auctorem  
Deus ipse profitetur, quicquā temerè sta-  
tuere, vt obuiam irent isti spōsalium disso-  
lutioni, vulgatas illas de paciscendo siue se-  
riò promittendo matrimonio sponsiones  
non pro veris sponsalibus, quæ ex solo par-  
tium consensu mutari non possunt, sed pro  
simplicibus promissis habuerunt. Inde dif-  
ferentia illud verborū in præsens vel in fu-  
turum tēpus conceptorum, quod ego qui-  
dem minimè inane esse puto. Quemadmo-  
dum enim, exempli gratia, qui sic loquutus  
fuerit, *Vendam tibi hoc fundum*, nondū ven-  
didit, sed tantum venditurum promisit, ac

proinde nulla inde actio neque ex vedito, neque ex empto nascitur, sed ex promisso duntaxat: qui verò dixit, *Vendo tibi hunc fundum*, etiam si addiderit non nisi à certo die ab emptore possidendum, eo tamen ipso momento vendidit: ita etiam distinguendum est inter *Despondeo* & *Despondebo*, *Accipio* & *Accipiam*, quoniam istis verbis non fit coniugium, sed promittitur: illis verò contrahuntur sponsalia, atque adeò matrimonium ipsum, quanuis non de facto, vt vulgò loquuntur, de iure tamen eo ipso momento inicitur. Itaque post eiusmodi sponsalia de futuro duntaxat, si quis aliam sibi verè despondit, rata erit posterior promissio: ac proinde prior, quod ad obligationem attinet, vana fuisse declarabitur, quoniam aliud est re ipsa sese obligare, quàm faciendam obligationem promittere. At enim, inquires, quātunuis simplex promissio cōscientiam ligat. Neque verò, inficior lōgè rectius facere qui fidem quoquo modo datam præstet quātum in se est, præsertim si iusiurandum interpositum sit: ac grauem etiam reprehensionem in Ecclesia mereri, qui mutatae voluntatis causam idoneam non afferet: imò etiam in foro iustè damnari, quātum intererat promissionem illam impleri, si in culpa fuisse deprehēdatur. Sed tamen cum

qui

Lateran.  
Cōcil. sub  
Alexan. 3.  
parte 6. c.  
consultuit,  
c. sicut, De  
sponsal.

Psal. 15  
c. de illis,  
& c. sicut,  
De sponsal.

Gel. lib. 4.  
cap. 4.



qui tātū futuram obligationem promittat, existimō videri posse omnino, quū tancitē saltem sibi spatiū ad ampliorem deliberationem petat, liberam sibi facere mutandi consilij facultatem, quod in isto præsertim tanti momenti contractu meritō obseruatur, vt ex eiusmodi pollicitatione præcisē obligatus videri non possit.

c. requirit, De sponsal.

In sponsalibus verò per verba (vt aiunt) de præsentī, sed adiecta conditione cōceptis, has distinctiones obseruari volunt Scholastici. Primū, vt si ponatur res præterita vel præsens: veluti, si quis dicat, *Accipio te uxorem, si hoc vel illud possides*, vel, *Si pater consensit*, & ea conditio iam extet, rata sint sponsalia: sin verò non extet, nihil promissum intelligatur. Deinde vt si conditio futurum respiciat, ea rursus distinctio adhibeatur, vt necessaria quidem habeatur quasi cōpleta, ac proinde sit ex sponsalibus ratum coniugium, vt *Accipio te uxorem si cras sol oriatur*: si impossibilis, habeatur pro non adiecta, ac proinde rata quoque sint sponsalia: si contingens, vt *Accipio te uxorem modò cras hoc vel illud fiat*, idem de ea iudicetur atque de simplici promissione per verba de futuro, vt paulò antè diximus. Denique vt si conditio vel contra matrimonij naturam fuerit, veluti, *Accipio te uxorem ad biennium*, vel etiam

De sponsalibus nō præteritis. Lib. Sent. 4. distinct. 28. quæst. 2.

c. si conditiones, De cond. ap. pos.

turpis, vt *Accipio te uxorem modo quæstum  
 ex corpore facias*, eiusmodi sponsalia vana  
 censeantur. Et hæc quidem fateor proba-  
 biliter dici, sed sepositis istis distinctioni-  
 bus eorum sententiæ per omnia accedo, qui  
 non nisi purè factis sponsalibus, & quidem  
 per verba de præsentis, coniugium prorsus  
 ratum esse volunt, quo iure vtimur in hac  
 Geneuensi Ecclesia: quoniam videlicet qui  
 conditionem adiicit, quæcunque tandem  
 illa sit, in incertum loqui necessariò præsu-  
 mitur, etiam si res iam certò esse postea  
 comperiatur: ac proinde purus ac prorsus  
 liber ipsius cõsensu esse non videtur, qua-  
 lem tamẽ in huiusmodi præsertim cõtractu  
 requiri extra cõtrouersiam est. Itaq; appo-  
 sita rei præsentis vel præteritæ conditione  
 quæ postea extet, concedo quidẽ actionem  
 ex sponso nasci, de qua superiùs diximus:  
 certam verò & inuiolabilem rati matrimo-  
 nij obligationem, non item. Certè eius ap-  
 positæ cõditionis quam omnibus satis con-  
 stet prorsus necessariam esse, nõ video quis  
 vsus esse possit, quoniam nemo illam sanæ  
 mentis nisi cum ludibrio adhibeat. Quòd  
 autem impossibilis pro non adiecta cense-  
 tur, vt valeat tãquam purè facta obligatio,  
 ne id quidem faciliè probarim, si modo fue-  
 rit ex earum genere quas prorsus impossi-  
 biles

e. super eo,  
 De condit.  
 appof.

Cõcil. La-  
 teran. sub  
 Alexan. 3.  
 parte 6. c.  
 consuluit,  
 &c. Qui-  
 cunque.

biles esse palàm constiterit, vt si dicatur, *Accipio te uxorem si digito calũ tetigeris*, vel (cæcam alloquendo) *si me videris*. Nam qui sic loquitur, sese non modò in id cõiugium non consentire, sed etiam cum ludibrio id reiicere, palàm, meo quidem iudicio, testatur, nedũ vt purè videri possit consensisse. Sed quid si sponsalibus apposita cõditione factis, copula sit subsequuta? rectè sanè responsum est ab Innocẽtio tertio, eiusmodi hominem videri à conditione recessisse.

c. de illis  
c. per tuas.  
De condit.  
appos.  
De spõsa-  
libus ince-  
stuosis.

Ipsò quoque iure inualida sunt spõsalia cõtra Dei volũtatem nobis in ipsius verbo patefactam contracta, cuiusmodi sunt incestuosa: itẽmque clãdestina, id est, in quibus auctoritas eorũ non interuenit in quorum potestate vel alter contrahentium sit constitutus. Incestuosa sunt, quæ cum cognatis vel affinibus intra gradus prohibitos cõtrahuntur. Nititur autem ista prohibitio iure tũ diuino tũ humano. Et si enim videri possent quæ Dominus hac de re per Mosen scripsit ad solos Israelitas pertinuisse, tamen ita se res non habet. Est enim vniuersalis & perpetua istarum legum ratio, & legis ipsius naturæ pars, quanuis ipso mũdi initio necessitas coegerit quædã non ad vnguem obseruare in iis qui ex latere coniunguntur, & postea quoque non sine

arcano mysterio, ante Legem latam nonnulli ex sancta progenie intra gradus postea expressè prohibitos coniugia, exemplo posteris minimè imitando, contraxerint. Nam alioqui Rubem filium suum Iacobus nō rectè primogenituræ gradu deiecit: neque Dominus Ægyptios & Cananæos ut incestuosos expressis verbis damnasset: neque iure dixisset Paulus illū Corinthiū coarguens, eiusmodi flagitium ne inter prophanas quidem gentes tolerari.

Gen. 49. 4  
Leuit. 18.

1. Cor. 5. 7.

Ista porrò graduum descriptio quum non vno modo à Iurisconsultis & à Romanis Pontificibus tradatur, (de quo discrimine magna iam pridem est contētio: ) constitui summam tantum rerum ita explicare ut de veritate constet. Primùm autem quandam vocabulorum significationem tradendam arbitror.

Gradus  
quid.  
Descendē-  
tes & A-  
scendentes  
qui.

Gradus vocāt ipsam generationum seriem, quod alij ab aliis quasi gradibus quibusdam orientur. In iis Descendisse dicuntur, qui ab iis orti sunt, ad quos sursum iisdem gradibus regrediaris necesse est, ut & eorum qui genuerunt; & eorum qui geniti sunt perpetuam seriem habeas. Vtrorunque directā, & perpēdicularis est linea, quam vocant, in qua serie Ascēden-

tes

tes illos, Descendentes autem istos vulgò  
 appellant. Latini illos ad sextū vsque gra-  
 dum, id est, ad Tritauū, Parentes, deinceps Parentes.  
Maiores.  
Liberi.  
 verò Maiores generali nomine vocant: Posterio.  
 istos autem itidem ad sextum gradum, id  
 est, ad Trinepotem, Liberos, ac deinceps  
 cōmuni nomine Posterios nominant, quo-  
 rum hæc est descriptio:

*Tritauus, Tritauia.*

|  
*Atauus, Atauia.*

|  
*Abauus, Abauia.*

|  
*Proauus, Proauia.*

|  
*Auus, Auia.*

|  
*Pater, Mater.*

|  
*Filius, Filia.*

|  
*Nepos, Neptis.*

|  
*Pronepos, Proneptis.*

|  
*Abnepos, Abneptis.*

*Atnepos, Atneptis.**Trinepos, Trineptis.*

**Cognatio.** Iam verò quum plures filij ex vno cõ-  
muni patre oriri possint, & hi rursus in  
suas distinctas familias propagari, consti-  
tuti oportet aliud consanguinitatis genus  
quod *συνγνεῖαι* vocant, id est, cognationem  
eorum videlicet qui interdum propiùs, in-  
terdum longiùs repetito genere ex com-  
muni quopiam parente ortum habuisse  
deprehenduntur, qui omnes communi no-  
mine **Cognati**, magis proprio verò vel **A-**  
**gnati**, (putà si ex communi parente mare)  
**Cognati**, vel **Cognati**, angustiore tamen significa-  
tione, si ex communi parente fœmina de-  
scenderint, appellantur: alias autem appel-  
lationes maximè proprias, prout propiùs  
vel longiùs distant, sortiuntur. Itaque quod  
ad eos attinet qui parentibus coniungun-  
tur ex latere, dicitur

**P A T R V V S**, Patris frater. **Amita**,  
patris foror.

**A V V N C V L V S**, matris frater. **Mater-**  
**tera**, matris foror.

**P A T R V V S** magnus, aui frater. **Amita**  
magna, auiæ foror.

**A V V N C V L V S** magnus, auiæ frater.  
**Mater-**

Matertera magna, auix foror.

PROPATRVVS, siue Patruus maior proai frater. Proamita siue Amita maior, proai foror.

PROAVVNCVLVS, siue Auunculus maior, proaix frater. Promatertera, siue Matertera maior, proaix foror.

PATRVVS maximus, abai frater. Amita maxima, abai foror.

AVVNCVLVS maximus, abaix frater. Matertera maxima, abaix foror.

FRATER, eiusdem patris & matris, vel alterius illorum filius, qui frater est Veterinus.

SOROR, eiusdem patris & matris, vel alterius illorum filia, quæ dicitur foror Veterina.

PATRVELIS, patru filius vel filia. Itaque Patruces sunt minimum duo, nempe duorum fratrum filij vel filix: vt,

T H A R E.



NACHOR, ABRAHAM.

BETHVEL, — ISAAC, patruces.

AMITINVS, amitæ filius, vt Amitinâ amitæ filia. Itaque nunquam Amitini inter se duo sunt, quoniam qui est alteri

Amitinus, ab eo nominatur Consobrinus, veluti in hac specie:

N A C H O R.



L A B A N.	R E B E C C A,
R A C H E L.	I A C O B.

Iacob est Racheli amitinus, Rebecca videlicet ipsius amitæ filius. Eandem autem Rachelem Iacob vocabit Consobrinam, id est, Auunculi filiam.

C O N S O B R I N V S enim propriè est Auunculi filius, & Consobrina Materteræ filia. Nam alioqui sic quoque promiscuè vocantur quilibet fratrum vel sororum liberi, quos vernaculo sermone Cognatos germanos vocamus.


S O B R I N O propior, est Patruï vel Auunculi magni, seu Amitæ, vel materteræ magnæ filius, quod vicissim de ea statuumdum est quæ vocatur Sobrina.

S O B R I N V S, est patruï vel auunculi magni, siue amitæ vel materteræ magnæ, nepos: ac proinde Sobrina, patruï vel auunculi magni, siue amitæ vel materteræ magnæ, neptis, veluti in hac specie:

T H A R E,



## THARE.



Bethuelem vocabit Iacobus propiorem Sobrinum, vtpote magni eius patruis Nachoris filium. Iacobus & Laban sunt sobri- ni, quoniam iste quidem Abrahami, iste verò Nachoris, magni vtriusque patruis, ne- pos est. At Bethuel Iacobum patruelis fi- lium, ac vicissim Isaacus Labanem, dicet: quem vulgò, vt & consobrinorum & ami- tinorum filios, vocamus *Cousin remué de germain*.

Quòd autem fratris vel sororis filiis à nonnullis tribuitur Nepotum nomen, id fit præter Latinæ linguæ morem.

Esto verò istarum *συγγενῶν* hæc descri- ptio, inserta quoque illa recta parentum linea, cui ad latus vtrinque tum Agnati tum Cognati adiunguntur:

*Tritauus.*

*Tritavia.*

↑

b. j.

*Atavus.**Atavia.*

<i>Patruus,</i>	—	<i>Abavus,</i>	
<i>Amita,</i>		<i>Abavia.</i>	—
MAXIMI.			<i>Auunculus,</i>
			<i>Matertera,</i>
			MAXIMI.

<i>Propatruus,</i>	—	<i>Proavus,</i>	
<i>Proamita,</i>		<i>Proavia.</i>	—
<i>sive</i>			<i>Proauunculus,</i>
<i>Patruus,</i>			<i>Promatertera,</i>
<i>Amita,</i>			<i>sive</i>
MAIORES.			<i>Auunculus,</i>
			<i>Matertera,</i>
			MAIORES.

<i>Patruus,</i>	—	<i>Avus,</i>	
<i>Amita,</i>		<i>Avia.</i>	—
MAGNI.			<i>Auunculus,</i>
			<i>Matertera,</i>
			MAGNI.

<i>Magni vel magna</i>		<i>Magni vel magna</i>
<i>filius, propior Sobri-</i>		<i>filius, propior Sobri-</i>
<i>no: filia, propior So-</i>		<i>no: filia, propior So-</i>
<i>brina.</i>		<i>brina.</i>

<i>Magni vel magna</i>		<i>Magni vel magna</i>
<i>nepos, Sobrinus: ne-</i>		<i>nepos, Sobrinus: ne-</i>
<i>ptis, Sobrina.</i>		<i>ptis, Sobrina.</i>

<i>Patruus,</i>	—	<i>Pater,</i>	
<i>Amita.</i>		<i>Mater.</i>	—
			<i>Auunculus,</i>
			<i>Mater-</i>

|  
 Patruī filius vel filia,  
 Patruelis : Amita fili-  
 us, Amitinus : A-  
 mita filia, Amiti-  
 na.

| |  
 Horum filii & nepo-  
 tes.

Matertera.

|  
 Auunculi vel Ma-  
 tertera filius, Conso-  
 brinus: Auunculi vel  
 Matertera filia, Cō-  
 sobrina.

| |  
 Horum filii & nepo-  
 tes.

Frater. } Filius, }  
 } Filia. } Soror.

Et hæc quidem est humanarum genera-  
 tionum distributio, suis Latinis nominibus  
 explicata. Quòd si quærat<sup>r</sup>ur quoto quis  
 gradu ab alio distet, vno verbo res tota ex  
 iure Romanorum Ciuili perspicuè cerni  
 potest, siue de parentum & liberorum, siue  
 de agnatorum vel cognatorum gradibus a-  
 gatur. Numera generationes, & gradus nu-  
 meraueris.

Itaque in recta linea pater & filius vno  
 gradu: auus & nepos duobus: proauus &  
 pronepos tribus gradibus distabunt: quæ  
 proportio deinceps est seruanda.

In transfuersa autem linea, numeran-  
 tur generationes serie nonnihil diuersa à

superiore, idque interdum breuiore, interdum longiore circuitu. Quoniam enim à latere ad latus perueniri non potest nisi per eum tranfeas, à quo veluti communi limite vtrunque latus descendit: necesse est primùm vt ab eo de cuius cognatione quæritur, ad communem cognationis istius duplicis auctore sursum progrediaris, & inde rursus deorsum ad alterum de quo & ipso quæritur, peruenias: vt in hac specie:

T H A R E.



▲ B R A H A M.

N A C H O R.



I S A A C.


B E T H V E L.

Si scire voles quoto gradu Isaac à Bethuele distet, ab Isaaco ad Abrahamum patrem, inde ad Thare auum ascendes: tertio à Thare ad Nachorem alterum eius filium, ac demum à Nachore ad Bethuelem descendes, ac ita comperies Isaacum à Bethuele quatuor gradibus distare. Sunt autem personæ de quorum inter se cognatione quæritur, vel æquidistantes à communi parête in quo latera vtrinque coeût, cuiusmodi est Thare in ista specie: vel inæquali interuallo dissi: vt,

T H A R E.

Linea  
transuersa  
vna æqua-  
lis, altera  
inæqualis.

THARE,



In hoc enim exemplo Nachor & Abraham vna tātū generatione, Isaac duabus, Laban autem tribus à Thare communi stipite distant. Illa igitur cognationis linea transfuersa æqualis : ista verò transfuersa inæqualis dicitur. Vtraque verò paucis istis regulis planè intelligi potest.

*In linea transfuersa equali sine equidistante à communi parente.*

Fratres & sorores duobus inter se gradibus distant, vt Abraham & Nachor:

THARE.



A B R A H A M.	N A C H O R.
----------------	--------------

Duplex enim est generatio vnus personæ, nempe Thare.

Patruales quatuor inter se gradibus distant, vt Isaac & Bethuel:

b. iij.

THARE.



ABRAHAM.———NACHOR.

ISAAC.———BETHVEL.

Et Confobrini inter se, vt in hac hypo-  
thesi Caius & Titius:

SEMPRONIVS.



SEIVS.———CAIA.

CAIVS.———TITIVS.

Et amitinus à cōsobrina, vt Iacob à Ra-  
chele:

BETHVEL.



REBECCA.———LABAN.

IACOB.———RACHEL.

3 Sobrini sex inter se gradibus distant, vt  
Iacob & Laban:

THARE.



ABRAHAM.———NACHOR.

ISAAC.———BETHVEL.

IACOB.———LABAN.

Eadem deinceps ratio seruanda est in  
subsequentibus propagationibus.

*In linea transfuersa inaequaliter distante  
à communi parente.*

I Patruus à fratris filio vel filia tribus gra-  
dibus

dibus distat, vt Abraham à Bethuele:

T H A R E.



A B R A H A M. ————— N A C H O R.



B E T H V E L.

Eadem igitur est distantia amitæ à fratris filio vel filia: itémque auunculi vel materteræ à fororis filio vel filia.

Patruus magnus vel amita magna, à fratris nepote vel nepti: itidémque auunculus magnus vel matertera magna, à fororis nepote vel nepti, quatuor gradibus distant, vt Abraham & Laban:

T H A R E.



A B R A H A M.                      N A C H O R.



B E T H V E L.



L A B A N.

Eadem proportio in patruis, amitis, auunculis, materteris, maioribus & maximis seruanda est.

Propior Sobrino quinque gradibus distat, linea videlicet transfuersa inæquali, vt à Iacobo Bethuel: à Labane Isaacus:

b. iiii.

THARE.



ABRAHAM.	NACHOR.
ISAAC.	BETHVEL.
IACOB.	

THARE.



ABRAHAM.	NACHOR.
ISAAC.	BETHVEL.
	LABAN.

Itémq; patruclium, vel confobrinorum, vel amitini filij à propioribus sobrino, vt in superiori specie, Iacobus à Bethuele, & ab Isaaco Labanes. Est enim Bethuel Iacobo propior sobrino, & Labani Isaacus: vicissim autem Iacobus à Bethuele dicitur patruclis filius, vt Laban ab Isaaco, quæ proportio similiter in reliquis descendentibus seruanda est.

Nihil autem prohibet quominus vnus & idem quispiam diuerso respectu, accedente videlicet ad cognationem affinitate, aut repetita cognatione, modò propior, modò remotior diuersis nominibus censetur, atque ad eò ex agnato vel cognato fiat affinitate parens, veluti Iacobus fit ob matrem Rebeccam Labani filius sororis, tribus ab eo gradibus distans:

BETHVEL.





LABAN.

REBECCA.

IACOB.

qui secūdum paternum genus quinque ab eo gradibus distabat, vt paulò antè ostendimus. Sic Abraham patruus magnus Rebeccæ, matrimonio inter Isaacum & ipsam inito, fit ipsius focer, cuiusmodi exempla plurima passim occurrunt.

Hæc est igitur germana, perspicua, ipsique naturæ prorsus consentanea graduum numeratio, vt est à sapientissimis Iuriconsultis tradita: quam tamen Romani nescio qui pontifices, siue quòd eam non intelligerent, siue quòd nati sint diuinis humanisque rebus omnibus peruertendis, vsque ad eò improbarunt, vt nouam etiam, cāmque per absurdam, ausi fuerint Ecclesiæ obtrudere, regulis istis comprehensam. c. ad sedē. 35. q. 5.

In linea recta, ascendentium videlicet & descendentium, tot sunt gradus, quot sunt personæ, vna dempta. itaque filius à patre vno gradu, ab auo nepos duobus gradibus, & sic deinceps distabit. Hæc verò regula etsi nihil statuit à veritate alienū, tamen nō rectè cōcepta est. Relinquit enim suspensum animum, cur demenda sit vna persona ex hoc numero, & quænam sit demenda.

Itaque multo planiùs & rectiùs loquuntur qui generationes, non personas enumerandas dicunt, quum generatio efficiat gradum.

- 2 In linea transuersa æquali, quo gradu distat vna persona à communi stipite, eo etiam inter se altera alteri iungitur. Itaque frater quum à patre distet vno gradu ex præcedente regulâ, eodem etiam gradu à fratre vel sorore distabit. Sic quoque Patruelles & Consobrini duobus gradibus inter se distabunt: & sic deinceps. Atqui ineptam & falsam esse hanc enumerationem vel ipse communis sensus dictare potuit. Natura enim ipsa ostēdit tot esse oportere gradus quot sunt generationes: nec posse perueniri à fratre ad fratrem nisi per patrem communem transeas. Etsi autem generatio vnus fratris, & generatio itidem alterius fratris, sint eiusdem, vt ita loquar, speciei, & paris serici, vnde etiam in transuersa linea æquali frater & frater collocantur: tamen numero, atq; ad eò quadatenus serie duæ sunt generationes, si ordinem numerandi spectes, quum ab vno fratre ad patrem communem ascēdere, & ab eodem patre ad alterum fratrem descendere necessario oporteat. Itaque vterque frater seorsim consideratus vt filius videlicet, distat à suo

suo patre in linea recta, vno gradu: alter  
 autem ab altero, vt frater, duobus. Sic pa-  
 truelis, quum per auum transeat, necessa-  
 riò ad alterum patruelem, ab auo quidem  
 cõmuni duobus distat gradibus, à patru-  
 le verò quatuor. Neque huic malo medē-  
 tur qui respondent duas personas à Pon-  
 tificibus pro vna censerì, quoniam in ma-  
 trimonio duo fiunt vnum: quam matrimo-  
 niorum rationem vnicam aiunt à Iuris Ca-  
 nonici auctoribus spectari. Nam si hoc ita  
 esset, consequeretur in matrimonio incū-  
 do id potissimùm spectandum vt coniun-  
 gendi eodem inter se gradu à communi  
 stipite distarent: quod tamen fieri nec po-  
 test nec debet. Conqueruntur alij dupli-  
 cari gradus à Iurisconsultis, quum fratres  
 pari gradu à communi stipite disritos, di-  
 cunt duobus inter se gradibus, consobri-  
 nos quatuor, ac sic deinceps alios pariter  
 descendentes, ab aliis inter se distare. Sed  
 hoc certè apud homines minimè conten-  
 tiosos ne responsione quidem indiget. Nā  
 duo semper duo sunt numero: & qui aliter  
 se rem habere cõtendit, ne numerare qui-  
 dem nouit, ac proinde homo esse desit, e-  
 tiam si Papa, id est, omnium bestiarũ deus  
 fuerit.

In linea transfuersa inæquali ( inæquali-

tas autem opponitur ascensui & descensui, qui non cadunt in lineam *παράλληλον*) quo gradu distat remotior à stipite, eo inter se alter ab altero distat.

Hæc verò regula tam crassum ac pudendum errorem prodit, vt vel sola manifestè ostendat istos Antichristos verè fuisse veriginis spiritui mancipatos, vt Dominus per eos vlcisceretur in vniuerso mûdo suæ veritatis contemptum. Cui enim, obsecro, nisi prorsus mente capto, venire in mentem potuit, vt existimaret data duplici serie cognatorum, vna ad dextram, altera ad sinistram, conspici quidem ex vna parte discrimen generationum, in altera non item? quod vt vel ipsis cæcis pateat, consideremus hanc descriptionem:

## T H A R E.



ABRAHAM. — NACHOR.

|  
ISAAC.

|  
BETHVEL.

|  
IACOB.

|  
LABAN.

|  
IOSEPH,

|  
MANASSE.

Ecce

Ecce in ista ferie , si quærat<sup>r</sup>ur quoto gradu Laban à Manasse distet , respondebitur ex sp<sup>iritu</sup> Papistico, quinto gradu distare. Quid Bethuel? itidem quinto. quid Nachor? itidem quinto. Atqui res ipsa clamat etiam surdis, quū Nachor, Bethuel, Laban aliquot inter se gradibus distēt, nō posse ipsos pari gradu à Manasse distare, nisi naturæ ipsius ordine conuulso, patrē Nachorem , filium Bethuelem , nepotem Labanum , transfuersa æquali linea colloces, vt Nachor patruus maximus à Manasse fratris sui Abrahami abnepote, Bethuel patruus maior ab eodem Manasse patruelis sui pronepote, Laban denique patruus magnus ab eodem Iacobi Sobrini sui nepote, vno eodēque gradu distent. Hæc fuit igitur hac in re, vt in plurimis aliis, bonorum Pontificum Romanorum sapientia: quam sanè pudendum esset homines quosdam, alioqui Iurisconsultos pereruditos, nostra etiam hac ætate , tueri conatos fuisse , nisi plus satis constaret eò iam res euasisse vt veritatis quàm minima ratio à multis habeatur.

Et de graduum quidē numeratione hactenus. Nunc superest vt de eo ipso agamus cuius vnus causa in hoc argumētum ingressi sumus , intra quos vedelicet gra-

dus nuptiæ prohibeantur : qua in re non  
 dubium est quin tutissimum iter ij demum  
 ingrediantur qui intra Verbi diuini fines  
 consistunt, quatenus perpetua & vniuer-  
 salis est legum in eo præscriptarum ratio,  
 vt paulò antè diximus. Etsi verò certis re-  
 gulis ista in verbo Domini non sunt com-  
 prehensa, tamē ex iis quæ ibi vetantur, dif-  
 ficile non est certā quandam normā tum  
 in recta tum in transuersa linea cōstituere,  
 ad quam singulares illæ prohibitiones re-  
 uocentur. Neque verò dissimulandum est  
 Ciuiles Romanorum leges adeò cum di-  
 uinis hac in re consentire, vt hinc penè ad  
 verbum desumptæ videri possint. Sic au-  
 tem se res habet.

1 Inter parentes & liberos, adeoque o-  
 mnes recta linea ascendentes, & descen-  
 dentes, perpetua est prohibitio : quòd ita  
 iubeat naturæ honestas tacito omniū gen-  
 tium consensu, adeò quidem vt si qui ciui-  
 modi quippiam vel per ignorātiā cōmi-  
 serunt, execrabiles omnibus fuerint. Hinc  
 istæ tragicæ Oedipodarum calamitates:  
 hinc Nero ob incestum non minùs quàm  
 ob reliqua omnia facinora detestabilis. Af-  
 feruntur aliæ quoque rationes minimè a-  
 spernandæ : nempe vt necessitudo ad plu-  
 res emanet, quod fieri interest non tātum

Reipub.

Reipublicæ alicuius, verùm etiam totiùs humani generis, alioqui miserè dissipandi, nisi familiæ quæ quò latius à cõmuni sti-  
pitate diffunduntur, eò magis ab vno disce-  
dunt, inter se rursus coalescerent. Præterea  
& illud obseruare ipsa natura docuit, non  
esse confundendam, quoad eius fieri potest,  
communem cognationum normã, id quod  
sanè necessariò consequeretur istam san-  
guinis inter parentes & liberos commi-  
xtionem. Deniq; affertur & alia ratio quã-  
uis à magno Philosopho, tamen non ita  
magni momenti, ne videlicet propter æ-  
tatis insigne discrimẽ, imbeciles fœtus na-  
scentur. Sed illa ab honestate naturæ sum-  
pta ratio quũ præcipua sit, ideóq; à Domi-  
no apud Mosen singulis hac de re latis le-  
gib<sup>9</sup> inculcata, digna videtur quæ in primis Leuit. 18.  
expendatur. Quũ enim honoratas esse nu-  
ptias testetur Apostolus, vnde ista violãdæ  
per nuptias honestatis suspicio? & si quid  
in ea re vsque ad eò turpe admittitur, vt na-  
tura ipsa in eo videatur offendi, cur nõ sum-  
ma vxoris ratio habetur à marito, quũ pro-  
pinquior etiã maritus vxori quàm suæ ipsi<sup>9</sup>  
matri videatur? Respõdeo negari non pos-  
se, in mutuo vsu quantumuis legitimi ma-  
trimonij inesse cuius meritò homines pu-  
deat, quod etsi à Domino ignoscatur, vsq;

adeò vt nihilominus honestum fit matrimonium, tamen re vera turpem naturæ nostræ ἀποξίαν redarguit. Itaque tale quicquam in eos admittere quos secundū Deum colimus vt nostri generis authores, honestus quidā pudor prohibet, filio deinceps non reuerituro vt matrem quam sibi uxorem subiecerit: nec patre ius illud suū paternum, augustæ cuiusdā maiestatis plenum, in filiam retenturo, quam vitæ sociā & comitem acceperit. Hæc igitur naturæ iura qui violant, sua ipsorum conscientia redarguantur necesse est.

In linea transfuersa inæquali nec per omnia similem nec prorsus tamen dissimilem esse rationem facile demonstrari potest. Nam vt patris & matris, ita etiam amitæ & materteræ nuptiæ à Domino difertè prohibentur. Dictat autem ipsa ratio, sicut patris & matris nuptiis interdictis, intelligitur aui quoque & auia, ac cæterorum deinceps ascendentiū matrimonium prohibitum, quemadmodum etiam quod de filio & filia dictum est, ad nepotem & neptim, cæterosque descēdentes porrigitur: ita hic quoque amitam & materteram tum maiores tum maximas, superiorésque omnes, & vicissim omnes intra filiū matris ac fororis comprehendi.

Ex



Ex quo efficitur aliud quippiam hinc spectari quàm ipsum graduū numerum, quum fratris nepos ab amita magna non pluribus gradibus quàm à patrucele, vel amita, vel consobrina distet: & tamen concessæ sint, ut mox dicemus, inter has personas nuptiæ: Imò etiam amitina maior longiùs vno gradu abest à fratris pronepote, quàm ipse pronepos à sua patrueli, amitina, vel consobrina, & tamen illæ demùm nuptiæ prohibitiæ sunt. Rectissimè igitur Iurisconsulti aliam istius interdicti rationem attulerunt, quoniam videlicet amita, matertera, cæteræque deinceps personæ ascendentes, cum fratrum vel sororum filiis aliisque descendentibus comparatæ, eorum parentum vicem obtineant quibus æquali linea transversa adiunguntur, amita videlicet patris, matertera matris: amita magna, aui, matertera magna, auix: & ita deinceps: quod in amitinis, patruelibus, cõsobrinis locum nullum habet.

Idem autem prorsus statuendum esse in patruo, & fratris vel sororis filia, res ipsa coarguit, quanuis Iudæi (perditum hominum genus, & in explicatione diuini Verbi penitus cæcum) aliter sentire scribantur. Nam (ut illam rationem taceam utrobique eandem, de qua modò dixi) quum disertè

Dominus fratris filio inhibeat vxoris patruui nuptias, quæ tamen duntaxat ipsi affinis est, quis non animaduertit multo magis vetari nuptias inter patruū & fratris filiam, personas consanguinitate coniunctas? Itaque ne tum quidem quū Imperatores Romani quiduis sibi licere volēbāt in ciuitate libidinosissima ausus est Claudius patruus Agrippinam fratris filiam ducere, nisi extorto prius ea de re Senatusc. quoniam etiā si nulla scripta lege inhibita esset istiusmodi cōiunctio, tamen perpetuo omnium maiorum consensu incesta haberetur: adeò quidem vt, in tanta perditissimorum adulatorum turba, vix tādē sit inuentus vnus & alter qui quod & Senatusconsultum & Cæsaris exēplum cōcederet, sibi tamen licere existimaret: adeò sunt altè ab ipsa natura parente, vel ab ipso Deo potiùs, leges istæ cordibus humanis insculptæ. Iure igitur postea Nerua imperator Claudianum illud S. C. abrogauit.

Tacit. lib.  
12. Sueton.  
in Claud.

Dion. in  
Nerua.


Romanis verò pontificibus quis nō miretur hoc accidisse, vt vbi maximè religiosi videri voluerunt, ibi maximè ostenderint sese multo minùs iis sapere quibus ipsos acquiescere potiùs oportuerat? Sic enim scribit disertè Gregorius nonus: *Vir qui à*

Greg. c. 9.  
de cōsang.

*stipite quarto gradu, & mulier quæ ex alio latere*

tere distat quarto, (secundum regulam approbatam qua dicitur, Quoto gradu remotior distat à stipite, & à quolibet per eandem lineam descendentium) licitè possunt matrimonio copulari. Speciem autem hanc ita ibi describit glossa, quam sequitur Iohannes Andreas:

P E T R V S.




In hac specie, inquit ibi glossator, Maria distat quinto gradu à Petro, ergo eodem distat à Martino, Iohāne, Stephano: & quilibet eorum potest eam accipere. Atqui Martinus est Mariæ auunculus maximus, (cuius fororis ipsa est abneptis) ac proinde est ipsi parētis abauī loco. Ex quo cōsequitur licere ex Canonico iure, quod neq; diuino neque ciuili fas esse suprā ostēdimus, quoniam cum naturæ honestate pugnat, vt cuius filiam ducere non potes, neptem

possis. Neque ignoro qua ratione Iurifconsultus alioqui doctissimus, sed nō satis fortis interdum veritatis defensor, Franc. Duarenus, conatus sit hoc excusare: sed malam causam bene tueri sanè difficile est: & à nostro Franc. Hotomano, eruditissimo viro, sic est ei responsum vt hominibus non contentiosis abundè sit satisfactum.

Stet igitur hæc firma regula, In linea transuersa inæquali nec duci posse, nec ducere qui parentum loco habentur, id est, qui stipiti à quo diffundi incipit cognatio, vel superioribus, à latere adiunguntur. Inter alios verò, veluti inter sobrino propiorem, & consobrini vel consobrinæ filiam, & sic deinceps, nuptiæ neque diuino neque ciuili iure interdiciuntur, quum inter ipsos fratrum vel sororum filios (vti mox dicemus) concedantur. Itaque rursus hoc in loco se prodūt Canonorum ineptiæ, vt in hac specie:

1. nemini.  
C. de nupt.  
1. fororis.  
ff. de rit.  
nupt.

## IOHANNES.



IOHANNA.

I

LIA.

Concedunt Canonici Liam fratris abnep-  
 ptim ducere Petro patruo maximo, quæ ab  
 eo, si rectam supputationem sequamur, sex  
 gradibus distat: Iacobo verò Iohānam non  
 item, quanuis totidem, id est, sex gradibus  
 distent. Imò ne Iohannam quidem An-  
 dreas accipere ex illorum canonibus pote-  
 rit, à qua tamē septem distat gradibus. Ita-  
 que intra sextum gradum concedunt nu-  
 ptias etiam cum eo qui parentis loco sit, vt  
 modò diximus: intra eundem qui parentis  
 loco non sit, non concedunt, nempe inter  
 Iacobum & Iohannam: imò ne in septimo  
 quidem gradu, vt inter Andream & Io-  
 hannam. Vsq; adeò procul eos à recto co-  
 git deflectere secūda illa regula commen-  
 titia de gradibus in trāsuersa linea inæquali  
 numerandis. Opponitur tamen ex historiis  
 sacris Amram, qui Mosen & Aaronem ex Leuit. 18.  
 Iocabed amita sua genuerit. Sed quicquid 27  
 factum est à Patribus, fieri licuisse nō rectè  
 dici potest.

In linea transuersa æquali, solus secūdus l. licet. c.  
 gradus iure diuino & ciuili prohibetur, id de ince-  
 est, fratrum ac sororum nuptiæ: à quo fla- ptis nu-  
 gitio constat quantopere abhorreat ipsa ptiis.

Plato lib. de leg. 8. natura, quanuis id Ægyptij & alij nonnulli populi licere voluerint, suorum nimirū numinum exēplo, quum Saturnus Opin, Iuppiter Iunonem, Osiris Isin duxerit. Itaque quidni hoc facerent, apud quos Semiramis mater etiam Nino nupsit, nec tantūm Philadelphos, verūm etiam Philometoras legimus? Sed illud alicuius est momēti quod ex historia sacra cōstat, oportuisse nimirū à primis illis hominibus sorores duci quum

August. de Ciuit. libr. 15. cap. 16.

aliæ mulieres nō extarent. *Sed id factum, vt rectè inquit Augustinus, quāto est antiquius, compellente necessitate: tanto postea factum est damnabilius, religione prohibente.* Sed eget

quoque explicatione istud Augustini dictum. An est enim aliquod necessitatis genus quo res per se & simpliciter nefariæ licere incipiant? minimè profectó. Itaq; necessitatem intellige ex illius temporis circumstantia. Quum enim iuberet Dominus propagari genus humanū, nec plures simul fœminas condidisset, satis intelligitur hanc fuisse ipsius voluntatem, vt fratri ex sorore sobolem tollere fas esset, quod postea do-

gloss. in c. quum igitur, 35. q. 1.

cuit ipsa natura nō licere. Neque enim religionis nomine legem postea perscriptam intelligendam esse, (quod falsò alicubi à glossatore quodam traditur, quasi videlicet non cognatio ipsa, sed Ecclesiæ constitutio

matri-

matrimonium impediat) illud manifestè probat quòd Dominus apud Mosè ob istiusmodi flagitia manifestè Cananæos sibi detestabiles factos testatur, quibus tamen ea de re non alia quàm naturæ & honestatis lex fuerat data.

Affertur & aliud, nēpe quòd Abraham Genes. 20. duxerit Saram ὁμοπάρειον fororem, quod factum sic excusant Iudæi vt velint fuisse Lothi fororem, filiam videlicet Arani, quam Mosès alibi Iischam vocarit. Ita que nō sororem, sed fratris filiam duxerit Abrahamus, quæ tamen soror ab eo dicta est, nomine videlicet apud Hebræos, quāuis cognatam declarante. Sed fanè infirmissima est hæc coniectura, quum potius videatur Mosès Aranum istū idcirco patrē Melchæ & Iischæ vocare, vt eū ab altero, qui Abrahami frater erat, distingueret. Deinde quū, (vt antè diximus, etiam si aliter arbitrentur excæcati Iudæi) non minùs incestuosæ sint nuptiæ patruī cum fratris filia, quàm fratris & sororis, nihil hoc certè Abrahamum subleuarit. Sunt igitur qui priuignam Thare fuisse velint, vt quæ dicatur ipsius filia, quam tamen ex vxore non genuerit: quod si verum est, affinis duntaxat Abrahamo fuerit Sara, & quasi consobrinæ loco, cuiusmodi coniunctionem licere extra

controuersia est. Sed si ita fuisset, nō videtur dicturus Abrahamus, Saram esse patris quidem sui filiam, matris verò nō item: sed potius matris esse filiam, nō patris. Vt cunque sit, in tanta populorum illorum corruptione, apud quos tum versabatur Abraham nōdum à Deo vocatus, non est incredibile repertos etiam qui sorores communi exemplo ducerēt: quod etsi tolerauit, vt & alia multa Dominus, quæ expressè postea inhibuit, nūquam tamen comprobauit. Certè non nesciuisse Abrahamū apud plerosque populos insolitam huiusmodi coniunctionem fuisse, ex eo apparet quòd se crediderit non habendum Saræ maritum, si sororem ipsam appellaret.

Gen. 2. 12

Sed & illud afferri solet Thamaræ dictū ad Amnonem fratrem *ὁμοπάτριον*, *Alloquere regem*, inquit, *non enim denegabit me tibi*. Respondent autem Iudæi non sine Dauidis cōtumelia, Thamarā fuisse ex ipsius matre Maacha adhuc prophana, id est, antequàm Iudæa fieret, susceptam, quæ proinde ipsi Ammoni habita fuerit veluti extranea, utpote ex illegitimo coitu nata. Sed vnde hoc didicerunt? quod etiam si concederetur, idem tamen esset cognationis vinculum, quoniam quæ ex illegitimo coitu suscipitur, filia tamen est ex patris semine concepta.



concepta. Sed siue hoc Thamara sciens commenta est, vt se præfenti periculo eriperet, siue reuera credidit hoc quoque patri regi licere, non est quòd inde colligamus vel hoc fuisse Dauidem concessurum, vel rectè facturum fuisse si concessisset. Est itaque Martini quinti sceleratissimum factum, quem non puduisse scribunt cuiusdam matrimonium cum sorore germana ( precio videlicet religiosè accepto) relaxare.

Cõsobrinos autè siue patruales inter se Num. 36. et coniungi iure diuino non modò nõ prohibetur, sed etiam, si exempla ius faciunt, expressè conceditur. Apud Romanos autem nõ semper id licuisse innuit Vitellius adulator apud Tacitum, quo loco Sobrinæ pro Tacit. lib. 12. consobrinis accipiendæ sunt. Illud quidem constat, à Theodosio fuisse istiusmodi nuptias inhibitas, ex quo cõsequitur antea licuisse. Neq; firma fuit ista constitutio, mox nimirum ab ipsius filiis, Honorio nimirum & Arcadio, abrogata, *Renocata*, inquit, *prisci iuris auctoritate*: quod sequutus etiam est Iustinianus. Iure tamen diuino prohibitas fuisse patrueliũ nuptias affirmavit quidem Ambrosius, sed profectò, vt & alibi nonnunquam, memoria lapsus. I. celebrandis. C. de nupt. §. duorum. instit. de nupt. Ambros. lib. 8. epist. 56

At nostri Canonici, nimirũ vt sese ipso etiam Deo religiosiores probarent, non

modò consobrinos, quos secundo gradu, sed etiam sobrinos quos tertio, & sobrinorum liberos quos quarto numerant (quum tamen illi quarto, isti sexto, hi verò octavo inter se distent) coniungi vetuerunt. De iis loquor qui ab æquitate propiùs abfuerunt. Nam alij ad septimū vsque suum gradum, id est, decimum quartum nuptias semel inhibuerunt, *Quoniam*, inquit, *sicut sex atatibus finitur mūdi generatio & hominis status, ita propinquitas generis tot gradibus terminatur*: digna certè ratio quæ à Gratiano in decreti thesaurū referretur: vt & illa Gregorij, cur cōsobrinorum nuptiæ prohibeātur, *Quoniam*, inquit, *experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere*. Cūr autem postea boni viri prohibitiones istas in quarto suo gradu, id est, octavo inclusiue (vt loquuntur) desinere voluerint, operæpretiū est etiam cognoscere, vt de summa istiusmodi hominum & pietate & sapiētia omnibus constare possit. Innocētius igitur tertius, quem historici nocentissimum vocant, in illo egregio Lateranensi Concilio circiter annū Domini 1215 celebrato, *Non debet*, inquit, *reprehensibile iudicari si secundum varietatē temporū statuta quando q, varentur humana præsertim quū vrgens necessitas vel euidēs utilitas id exposcit, quoniā ipse*

Deus

e. de affinitate, c. nullum, c. progeniē, c. de cōsanguinitate, c. nulli, & c. quædam 35. q. 3. & c. cōsanguinitas. 3. q. 4. c. ad secundem. 35. q. 5.

c. non debet de cōsangu. & Concil. Lateran. c. 50

*Deus ex iis quæ in veteri Testamento statuerat, nonnulla mutavit in nouo. In his verò paucis verbis insignis sese prodit vel incititia vel impudentia. Nam certè variatio in iis nulla est quæ perpetua & immota ratione nituntur, cuiusmodi esse leges de incestuosis coniunctionibus à Deo ipso perlatas vel ipsa natura demonstrat. Deinde quod de veteris Testamenti quibusdam abrogatis adiicitur, quorsum tandem, obsecro, quum leges de incestis in vetere Testamento expressas ne ipsimet quidem ausint inter eas quæ abolitæ sint recensere? Quòd si tandè ipsos necessitas coegit illa sua vincula relaxare, quod istud scelus est, suo facto pretextere Dei Opt. Max. exemplum? Deinde hoc quoque subiiciunt boni patres: *Quaternarius, inquit, numerus bene congruit prohibitioni cõiugii corporalis, de quo dicit Apostolus, quòd vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir: quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant ex quatuor elementis.**

En qua conscientia iampridem sacra illa Apostatica & Cacolyca sedes verbo Dei abusa est, vt miseras conscientias suarum traditionum laqueis, strangularet, & quomodo vicissim illos vltus est Domi-

nus, quum perpetuum hoc summæ ac penè incredibilis stultitiæ testimonium voluit in celeberrimo ipsorum cœtu, cui nimirum Prælati, quos vocant, 1215. aut etiã plures interfuerint, perscriptum extare. Istam porrò vanissimam graduum numerandorum rationem, quam Alexander secundus Ecclesiasticum canonē vocare ausus est, melioribus seculis ignotam fuisse vel ex vno Ambrosio liquere potest, qui patruces quarto gradu inter se distare scribit: neque statim in Ecclesiam irrepsisse tyrannicas istas leges ex vetustis etiam quibusdam Synodis apparet. Nam in ea quæ Epauensis dicitur, & ad Galasij primi tempora, circiter annum Domini 497, refertur, ultra consobrinos non progreditur interdictum, & ea quidem addita exceptione, vt antea contracta matrimonia non soluantur. In Turonica verò secunda sub Pelagio primo circiter annum Domini 177, idem statuitur, reperitis etiã Epauensis Synodi canonibus, sed non bona fide, nisi mēdosus est codex, adiectis ad cōsobrinas, sobrinis. At in Synodo prima Parisiensi, quanuis eodem pōtifice habita, ne consobrinarum quidem vlla fit mētio, sed simplici Dei verbo statuitur: quod vnum vtinam sequi nunc quoque malint Christiani omnes

Ambros.  
lib. 8. epi.  
66.

Tomo  
Conc. 3.  
Epau.  
Conc. c. 30

Fodé to  
mo, Turō.  
Canc. 2.  
can. 22.

Fod. tomo  
Par. Cōc.  
1. can. 4.

omnes Magistratus, quàm supra Deum ipsum & veteres leges ciuiles sapere videri. Sicubi tamen consobrinæ duci absque offensiculo non possunt, rectè facere existimo qui regulam Apostolicam sequuti nō tantum eius quod licet, verum etiam eius quod expedit rationem habent, & suæ libertatis vsu ex vsu proximi metiuntur. Necessè est tamen teneri istud discrimen inter leges diuinas & humanas, si quæ de his rebus extent, vt sponsalia contra illas inita, irrita sine vlla prorsus exceptione habeantur, nedum vt matrimonia tolerentur: si quis verò contra statutum aliquod humanum fecerit, pœna quidem ciuili afficiatur, matrimonium tamen consummatum propterea minimè soluatur: qua de re plura alio loco dicemus.

Consanguinitatis simulachrum quoddam est Affinitas, cuius ea etiam vis est, vt quosuis affines quibusuis coniungi naturæ honestas nō patiatur. Affines autè dicuntur qui nō quòd eiusdè sint sanguinis, sed quoniã alter ad alterius cognationis fines accessit, inter se sunt cõiuncti. Accessio autè ista vni<sup>9</sup> cognationis ad alterã, eò fit, quòd quū duobus inter se matrimonio iunctis, duo fiant vnū, necesse sit vinculo etiã isto vtrinque cum iis connecti ipsorum cõsanguinitatis.

Ro. 14. 28.

De gradibus affinitatis prohibitis. Affines qui.

guineos:vt in hac ſpcie : Dauid filius Ifai, ducit Michol Sauli filiam.Itaque quū Dauid & Michol facti ſint vnum, conſequitur conſanguineos Dauidis factos eſſe quodāmodo conſanguineos Michol:& contrá. Affinium igitur nonnulli quidem alios attrahunt, ij videlicet quorum matrimonio interueniente coit affinitas, ſiue qui cauſá affinitati præbent : nonnulli verò attrahuntur, reliqui nimirum, qui cū eſſent duntaxat vnius conſanguinei natura, poſtea, propter nuptias interueniētes, alteri quoque affinitate ſunt coniuncti. Mirum autem híc quiddá accidit, nēpe vt per quos alij ſiunt affines, ipſi inter ſe non affines, ſed vnum quiddam potiùs fiant, quum neque maritus vxori, nec vxor marito propriè affinis dicatur, & tamen alter ad alteram ſuos trahat. Non habent autē omnes affines peculiaria ſua nomina, vt ne conſanguinei quidem, ſed Latinè ſic vocantur præcipui:

**S O C E R**, mariti vel vxoris pater. **Socrus**, mariti vel vxoris mater.

**V I T R I C V S**, maritus matris ex alio viro natis. **Nouerca**, patris vxor ex alia matre natis.

**P R O S O C E R**, ſoceri pater. **Profocrus**, focrus mater.

GENER, filix maritus. Nurus, filij vxor.

PROGENER, neptis maritus. Pronurus, nepotis vxor.

PRIVIGNVS, vxoris ex alio viro, vel mariti ex alia vxore, filius. Priuigna, vxoris ex alio viro, vel mariti ex alia vxore, filia.

PROPRIVIGNVS, priuigni filius. Propriuigna, priuigni filia.

LEVIR, mariti frater.

GLOS, mariti foror.

SORORIVS, fororis meæ maritus.

FRATRIA, fratris meæ vxor.

Conferuntur autem ista inter se hoc modo: Socer & Socrus, cum Genero & Nuru. Vitricus & Nouerca, cum Priuigno & Priuigna. Leuir & Glos cum Sororio & Fratria.

Hæc sunt igitur affinium nomina à Latinis præsertim Iuriscōsultis edita, quibus & alios adiicere nihil vetat, nempe sursum versus, Abfocerum, Absocrum: Atfocerum, Atfocrum: Trifocerum, Trifocrū: Quatrifocerum, Quatrifocrum. Itidem deorsum dicere licebit, Abpriuignū, Abpriuignam: Atpriuignum, Atpriuignam: Tripriuignū, Tripriuignam: Quatripriuignum, Quatripriuignā. Ad latus verò circumlocutio adhibenda est necessariò, vt focero vtrinq; apponatur, foceri foror vel

frater, focrus frater vel soror: & horū deinceps filij & nepotes: quæ ratio in prosoce-  
ro, ab focero, & cæteris quoque seruanda  
est. Alias porrò affinitates neque diuinæ

C. de pro-  
pinqvis, &  
c. cõtradi-  
rimus, &  
c. porro, ff.  
q. 3. & c.  
nõ debet,  
Extra, de  
cõtangui.  
vbi vide  
glos. l. 4. ff.  
de grad.  
affi. §. 4.  
l. 10. ff. eo. neque ciuiles leges cõmemorant. Soli Ca-  
nonici, vt suo more pergerent, alia duo af-  
finitatum genera excogitarunt, quorū ta-  
men quum ipsos authores tandem pudue-  
rit, non est quod in eis describendis tem-  
pus consumamus.

Et si autè inter affines propriè nulli gra-  
dus sunt, vt ait Modestinus, quoniã videlicet  
affines ab affinibus non generantur: tamen  
nihil vetat quasi quosdam affinium quo-  
que gradus numerare, quū sic etiam Pau-  
lus Iuriconsultus loquatur. Itaque vt pau-  
cis omnia dicamus, duæ istæ regulæ obser-  
uandæ sunt.

1. Quo gradu quispiam est cõsanguineus  
uxori, eõ gradu fit marito affinis, & qua-  
si cõsanguineus: & contrá. Ergo iur-  
sum versus, quia vxor mea vno gradu à pa-  
tre suo distat: ab auo, duobus: ego quoque  
vtpote gener, à focero, gradu vno: à proso-  
cero, duobus distabo: quod de nuru quo-  
que & cæteris tum ascendentibus, tum de-  
scendentibus, constituendum est.

Eadem quoque ratione in linea transf-  
uersa inæquali, quoniam vxor mea à suo

patro



patruo vel auunculo tribus gradibus dissi-  
det, ego quoque à foceri fratre vel sorore  
totidem gradibus dissidebo, & sic dein-  
ceps. Similiter in linea transfuersa æquali,  
quum maritus à fratre suo distet duobus  
gradibus, vxor à leuiro totidem gradibus  
distabit: quod ipsum quoque dicendum est  
de glorie, sororio, & fratria, eorúmque li-  
beris, non inter se ( obstat enim altera re-  
gula quam mox trademus ) sed ad eos re-  
latis per quorum nuptias coit affinitas. Ex  
his autem efficitur mutuum esse compara-  
tionem graduum cognationis & affinitatis,  
quæ vt legentiùm oculis veluti subiiciatur,  
libuit hanc descriptionem subiicere, in qua  
superiore loco Cognati, inferiore Affines  
illis, vt ita loquar, correspondentes ponun-  
tur, initio tantùm à profocero ducto, quo-  
niam superiores facilè intelliguntur, vt &  
qui infra generum sunt.

*Patruus, Amita, -- Anus, Auia. -- Auñculus, Matertera.*  
*Magni. Magni.*

*Profoceri ----- Profocer, Profocrus. ----- Profocrus*  
*frater, & | | frater vel*  
*soror. | | soror.*

*Patruus, Amita. -- Pater, Mater. -- Auñcul<sup>9</sup>, Matertera.*  
*Sacri ----- Socer, Socrus. ----- Socrus*  
*frater, & | | frater, &*  
*soror. | | soror.*

*Filius, Filia.*  
*Genex, Nurus.*

*Nepos, & Nepos, &*  
*Nep<sup>is</sup>. Neptis.*  
*Progener, Pronurus,*  
*neptis nepotis*  
*maritus. vxor.*

*Et sic deinceps.*

Alio autem respectu hi quoque affines  
inter se comparantur:

*Pater, Mater.*  
*Virricus, Nonerca.*  
| |  
*Filius, & Filius, &*  
*Filia. Filia.*  
*Prinignus, Prinignus,*

*& Pri-*



2 Affinitas inter cōfanguineos seu cōfanguineas earū personarum, quarū interuētū coiiit affinitas, nulla est: ideóque multò angustioribus finibus cōtinetur quàm cōfanguinitas. Ratio huius discriminis hæc est, quoniam inter rem ipsam & rei simulachrū multū interest: est autē affinitas quoddam duntaxat eius coniunctionis, quæ naturali sanguinis deriuatione coiiit, simulachrum. Itaq; consanguinitas nō consistit in cōmunibus parentibus, sed etiam liberorum filij tum eos qui sunt vice parentum in linea atranuersa inæquali, tum etiam alios, ipsique adeò sese mutuò consanguineos in linea tranuersa æquali vocant. Affinitas verò intra eos manet qui affinitati causam præbuerunt, vt ex iis quæ subiiciemus apparebit.

Ex istis perspicuè colligi potest, quoniam affinitatis gradus prohibiti sint, iidem videlicet qui & cognationis, quod attinet ad eas personas quarū coniunctio affinitatem illam effecit, quod rursus, perspicuitatis causa, in has regulas sic distribuo:

1 Inter ascendentes & descendētes, id est, in linea recta perpendiculari, prohibitio est in affinitate, vt in cognatione. Itaque focer, nulum: focrum, gener: profocer, pronulum: progener, profocrum: vitricus, priuignam

uignam: priuignus, nouercam: vitrici pater; propriuignam: propriuignus, matrem nouercæ, & sic deinceps, ducere nõ magis potest quàm pater filiam, filius matrem; auus neptim, nepos auiam: idque vsque adeò verum est, vt etiam eam quæ ex repudiata vxore & alio viro nata est, pro priuigna prioris viri habendam esse responderit Scauola.

l. 14. & 40. ff. de ritu nupt. & 2. libi sape. & l. 4. de gradib.

In linea transfuersa inæquali neque patruus vxorem filiæ fratris, à qua vocatur foceri frater: aut auunculus vxorem filij sororis, à qua vocatur focrus frater: neq; maritus amitam vxoris suæ quam ipse vocat foceri sororem, aut materteram vxoris, quam vocat focrus sororem, ducere potest. Idem de profoceri & profocrus tũ fratre, tum sorore, & nepotis vxore, neptisq; marito, & sic deinceps, sentiendum est. Quoniam illi quidem parētum, isti verò liberorum locum obtinēt. Sed de alio transfuersæ affinitatis genere ambigitur, putà an possit quispiam gloris filiam ducere, cui nimirum sit auunculi vel patrui instar: quoniã amita, siue matertera, & eius maritus vna persona cõsentur, & quum vxoris consanguinei sint marito pro consanguineis, effici omnino videtur non magis posse maritũ materteræ ducere sororis vxoris, id est, gloris filiam,

2 l. vlt. c. de incest.

l. 4. §. Hos itaque, De gradibus,

quàm matertera posset sororis filio nubere. Sed hoc Romæ etiam non penitus inuitatum fuisse apparet ex eo quod Connanus vir doctissimus ex Cicerone citat de Cæcilia Metelli, qua defuncta ipsius maritus filiam sororis eius duxerit, quod tamen neque ipse Cicero, neque post eum Valerius Maximus vt nouum aliquod factum recensent.

Itaque in hac specie dicendum est fuisse morte Cæciliæ soluta affinitatis iura, quod tamen neque in linea recta locum habet, neque etiam fortassis in transuersa, si vel patruus vxorem filij fratris, vel auunculus vxorem filij sororis: aut contrà, fratris filius vxorem defuncti patruui, aut sororis filius vxorem defuncti auunculi, ducere voluisset: de quibus posterioribus speciebus duabus cauit expressè Dominus apud Mosen, de prioribus autem à consequenti. At in transuersa linea inæquali vbi persona superior non obtinet parentis locum, veluti mariti eius quæ propior est Sobrina, cum sui consobrini aut consobrinx suæ siue vxoris filia: & vxoris eius qui est propior Sobrino cum consobrini sui aut consobrinx suæ vel mariti filio (quum ne cognatio quidem istiusmodi coniunctionem impediatur) dubium nō est licitas esse nuptias, vt Iulius Cæsar

Cæsar Pompeio Magno antea genero suo, Suet.in D.  
 mortua Iulia, sororis suæ neptim destina- Iulio.  
 bat, cuius hypothesis hæc est descriptio,

L. CAESAR.



IVL. CAESAR.

IVLIA.



IVLIA,

ACCIA.

*Pompeio nupta.*



OCTAVIA,

*Pompeio, post mortem*

*Iulia, destinata.*

In linea transfusa æquali neque frater  
 vxorem fratris aut sororis ducere, nec vicif- 3  
 fim soror marito fratris aut sororis nubere 1.5.8, & 9.  
 magis potest, quàm frater sororem duce- C.de in-  
 re, aut soror fratri nubere. Neque etiam cest.nupt.  
 maritus cum sorore vxoris, neq; vxor cum Canon.  
 fratre mariti, id est, leuir & glos coniungi Apost.19.  
 possunt, quoniam sunt inter se affinitate  
 fratres & sorores. Hic tamen non desunt  
 quæ in contrariam partem opponantur.  
 Primùm manifestè dicit Plutarchus, mini- Plutarchi.  
 mè tamen id tanquam nouū & præter mo- in Crasso.  
 rem factum commemorās, M.illum Cras-  
 sum cognomento Diuitem, defuncti fratris  
 viduam duxisse. Respondeo, me non me-  
 minisse quicquam tale vnquã Romæ præ-  
 d. iij.

terea factū legere: vna autem hirundo certè non facit ver. Esto tamen, vt hoc sit ab aliis etiam factitatum, quoniam hîc quoq; affinitatem iudicaret cum morte fuisse extinctam quæ causam ipsi præbuerat: nego tamen id rectè factum, quum nihil ad germanam sororem propiùs accedat, quàm fratris etiã demortui vxor, & honestas ipsa doceat non secus viro, à cognatis vxoris, & contrà, quàm à suis abstinendum, quoniam videlicet maritus & vxor vnum quiddam censeantur. Sed obiiciuntur alia maioris momenti. Primùm enim apud Mosen non prohibetur simpliciter quispiam glorem ducere, id est, vxoris suæ sororem, sed his demum verbis: *Vxorem cum eius sorore non accipies ad emulationem, vt videlicet reueles eius turpitudinem, dum ipsa adhuc vivit: ex quo consequi videtur, aut vanam esse illam adiectionem, aut vxore mortua, sororem eius ducere licere.*

Leuit. 18.  
18.

Respondeo, manifestè liquere leges de incestis nuptiis ita scriptas esse apud Mosen vt singula non sint expressa, sed quibusdam positis, quæ paria sunt pro expressis habeantur, quum hoc flagitet ipsa ratio, vt de similibus similiter statuatur. Itaque quum prohibentur nuptiæ inter fratris filium & patris vxorem, intelliguntur etiam inter fororis



fororis filium & vxorem auunculi, itémque inter auunculum & filij fororis vxorem interdicitæ. Ex hoc autem & illud consequi necessariò videtur, vt quum frater expressis verbis vetatur vxoris fratris sui pudenda retegere, inhibita quoque censeatur fororis cum marito fororis suæ coniunctio, quia paria sunt duobus fratribus eandem, & duabus fororibus eūdem coniungi. Paria autem hæc esse non tantum demonstrat ipsa graduum affinitatis, & in numero, & in ipso seriei ordine paritas: verum etiã aliæ quoque rationes palàm videntur demonstrare. Cur enim duobus fratribus eādē ducere non licet? nempe quoniam quæ priori fratri nupsit, in vnum corpus cum eo coaluit, ac proinde non quidem consanguinitate, sed tamen affinitate facta est fratris mariti sui soror, sororē autem ducere fratri non licet. Itaq; eādē prorsus ratione, ducere cuiquam non licebit vxoris sororē, vt pote cui factus sit frater. Deinde spectanda est ratio quam affert Moses, cur illud non liceat, *Quia, inquit, fratris tui pudenda sunt.* An nõ verò eādē prorsus ratione prohibebitur sororius glorem ducere? Minimè verò, inquiunt nõnulli, quum dissimilis sit ratio. Nam vxoris pudenda dicuntur esse mariti, nõ contrà, ideòq; sororius fratris:

Leu. 18.14

Leuit.18.

16.

ducens, nullius pudenda detegere dicitur. Atqui obiectio ista, vt parum sanè pudoris, ita nihil rationis habet. Nam si ita esset, nihil etiam prohiberet vitrico priuignam, & amitæ marito fratris eius filiam, & marito materteræ similiter eius filiã ducere, quod quum expressè inhibeat, apparet eãdem esse vtrunque rationem, & propinquitatis, & honestatis: & illud, *Quia pudenda fratris tui sunt*, nihil aliud declarare, quàm, *quia uxor fratris tui est*. Sicut autem illa est fratris uxor, ita & ille est sororis maritus: ac proinde par fieret defuncto & defunctæ iniuria. Rectè igitur Basilius hac ipsa de re ad quendam scribens, in hæc etiam verba erupit: *Illud, inquit, Non ingredieris ad vltimum consanguineum carnis tuæ, ad detegenda eius pudenda, hoc quoque consanguinitatis genus (illud videlicet de quo nunc quærimus) comprehendit. Quid enim esse possit homini sua uxore, vel potius sua ipsius carne magis propinquum? non sunt enim amplius duo, sed vna caro. Quare per uxorem soror eius transfuit ad consanguinitatem. Quemadmodum enim uxoris matrem non accipiet, nec eius filium, quoniam nec suam matrem, nec suam filiam: sic nec sororem uxoris, quoniam nec suam sororem. Sunt enim in vtrisque communia cognationis iura. Istis verò quo iure*

Basilius in  
epist. ad  
Diodorū.

iure contradici possit ego quidem non video, ac proinde contendo, ex iure diuino non magis licere fratris vxorem, quàm vxoris sororem ducere. Cur igitur, inquires in alia lege additur hæc exceptio, *ILLA VIVENTE*, nisi vt intelligamus vna demùm sorore mortua, alteram ducere fas esse? Respondet Basilius eadem illa epistola, non temerè ex eo quod scriptum est colligendum esse quod scriptum non est. Et sanè ita est, quoties saltè id quod consequi videtur, vel absurdum est, vel alio loco, siue expressè, siue tacitè dānatū. Promittit Dominus se Ecclesiæ suæ affuturū, quandiu seculum hoc perstiterit: an inde colliges, vel desinēte mūdo abfuturū illum à suis, vel illud frustra adiectū esse? Non cognouit Iosephus Mariā quandiu prægnās fuit, an ideo efficitur, vel illā postea fuisse à viro cognitam, vel illud frustra expressum fuisse ab Euangelista? Cur ergo illud adiectum est? inquires. Nempe mortuo fratre abstinendum esse alteri fratri ab ipsius vidua, ac vicissim ex consequenti mortua sorore abstinendum esse alteri sorori ab ipsius marito, in superiori lege cautum erat: postea verò, de alia quoque specie, nempe an superstiti vxori sororem superinducere liceret, dicendum quoque putauit legis-

Mat. 28. 29

Mat. 1. 25

tor. Etsi enim tacitè colligi posse videbatur, si ne mortua quidè vxore, fas erat sororem eius ducere, quanuis abrupta per mortè omnis affinitas videri posset, multò minùs ipsa adhuc superstitè id licere: tamè quum & magna per se esset illius populi in ducendis simul pluribus vxoribus licentia, & in hac specie periculum esse videretur, ne quis expresso Iacobi exemplo abuteretur, expressè quoque id cauendū Moses iudicauit. Sed & quàm effrenis fuerit Iudæorum in repudiandis vxoribus libido vel ex illa quæstione Iesu Christo à Pharisæis proposita plus satis liquet. Idco ipse Rabbi Salemō, licet minimè ignarus à Iudæis aliter hanc legem intelligi & vsurpari, tamè arbitratus est sic demùm accipiendam esse, vt prohibeat Moses vna sorore superstitè & repudiata, alteram superinducere, quoniam videlicet repudiatæ dolor hoc modo duplicaretur. Neq; ab hac sententia alienus est Augustinus, quæ tamen non satis firma mihi quidem certè videtur, quum in ipsa lege nulla prorsus fiat repudij mentio. Alia verò etiam fuit summi illius maximique memoria nostra theologi D. Iohannis Caluini sententia, nempe hanc legem ad incestuosas nuptias, ac præsertim ad germanæ sororis matrimoniū nihil spectare,

Mat. 19. 3.  
Rabbi Sa-  
lomon in  
Leuitic. 18

August. in  
Leuit. q. 61

spectare, quā de illis omnibus, & præsertim de fratris vxore & vxoris sorore, satis superioribus legibus sit cautum: sed de vna Polygamia hīc agi, quæ sic vtcūque tolleretur ob populi istius duritiem, vt tamen prohibeatur quispiam viuenti vxori superinducere sororem, id est, ex more loquendi Hebræis familiari, ipsius cōsanguineam (quam nimirum alioqui ducere fas esset) ne hoc modo duplici animi ægritudine prior vxor afficiatur. Sic igitur ad hanc legem responsum esto, quam tamen à Iudæis sic corrumpi, vt etiamnum hodie nulla sit ipsis religio duas sorores vicissim ducere, non est quod quisquam miretur, quum apud illos ne patruus quidē à fratris, neque auunculus à sororis filia dicatur abstinere. Sed alia rursus occurrit, magis etiam, vt videtur, obscura difficultas in hoc argumēto de glorie à sororio nō ducēda: Lex illa nimirū Deuteronomij, qua frater non modò Deut. 55 nō prohibetur, sed etiā iubetur fratris absque filio defuncti semen accepta ipsi<sup>9</sup> vxore, suscitare. Hāc igitur Deuteronomij legē cū altera illa Leuitici, prorsus alioqui repugnāte, sic nōnulli conciliāt (quorū etiam sententiā idē D. Ioh. Calvin<sup>9</sup> in locū illum Leuitici scribēs, amplectitur) vt fratris nomine negēt fratres germanos, sed dūtaxat

Genes. 38.

consanguineos (ex more Hebræorum) intelligi, & quidem eos quorum nuptiæ non sint interdictæ, quoniam alioqui incestus præcipi videretur. Quòd si obiiciatur Iudæ exemplum, respondetur hac in re peccatum fuisse à Iuda, qui ea lege sit abusus: quæ etsi non erat scripta, tamen, veluti à naturæ ipsius æquitate dictata, iam in usu erat, quoniam (opinor) quæ in cuiuspiam familiam transisset, in aliam abnubere, non nisi cum prioris dedecore, vel sui ipsius ignominia poterat. Neque sanè ambigi potest, quin lege illa excitandi fraterni seminis, quod alioqui extinctum iacebat, comprehēderetur quisque ut proximus erat agnatus, ita ut eo id facere recusante, alius à proximo propior, & sic deinceps alius alij succederet, sicut ex Ruthæ historia liquet. Verùm huic sententiæ obstant alia quædam maximi momenti. Primùm enim omnes Hebrææ linguæ periti affirmant, & exemplis quoque manifestis confirmant verbū, דור, proprie de leuiro vel gloire, sororio vel fratria dici, quod eleganter etiam expressum est apud Matthæum verbo *ἀδελφὸν*. Itaq; etiam si quod de illis proprie cōstitutum erat ad alios quoque propinquos accommodatur, non videtur tamen satis commoda eorum interpretatio qui

qui eos excludunt de quibus propriè lex sit intelligenda.

Deinde, vt illam Iudæ & Thamaris historiam omittamus, durum fanè videtur, quæstionem illâ Christo à Sadducæis propositam, de septem fratribus, sic explicare quasi cognati duntaxat inter se fuerint, & quidem iis gradibus intra quos ex legibus liceret vnâ eandemque mulierem ducere. Præterea verba illa Noemi ad nurus suas, *An adhuc intra me in utero meo sunt filii qui fiant mariti vestri? Reuertimini, filia mea, & abite: quoniam senior sum, quam vt virū habere queam: & si dicere possem, est mihi spes, & potero hac nocte cum viro esse, pareremque filios, num expectabitis donec creuerint? num expectabitis in eorum gratiam, vt maritū non habeatis?* illa, inquam, verba manifestè videntur euincere germanos fratres illa lege propriè significari: cæteros autem propinquos duntaxat ex consequenti. Quid ergo? nempe hanc legem oportet alterius illius generalis exceptionem esse, (quod etiam existimauit Augustinus) sed quæ peculiari quadam ratione nitatur: ac proinde in exemplum trahi nec possit nec debeat. Distribuerat enim Dominus populū illū non in tribus duntaxat, sed etiam in familiarum capita, in quibus quū primogeniti

dominarentur, familiæ ex illis censebantur, ne in infinitum excrefceret earum numerus. Itaque ftatuerat Dominus, vt fi primogenitus eò vfque vixiffet vt, ducta vxore, caput familiæ effet, & habitantibus fimul fratribus, id eſt, (vt ego interpretor) adhuc expertibus coniugij, abſque mafcula ſobole decederet, tum frater ab eo proximus, vt in primogenituram, ſic etiam in fratris demortui vxorem hæres effet, & ita quidem, vt liberi ex eo matrimonio ſuſcepti, de fratris illius mortui nomine censebantur, vt ſic tegetetur illa inceſtuofæ alioqui coniunctionis ignominia, quoniam frater ipſammet quodammodo induebat extincti abſque virili ſobole fratris perſonam ipſius etiam thorum ingrediens.

Hoc tamen poſtremum ſæpe fuit ſpretum, naturalis patris nomine ſeruato, præfertim ſi, vel quòd alii fratres deeffent, vel quòd ſibi quàm fratri liberos gignere nõnulli mallent, ad cognatos alioqui remotiores deuentum effet. vt vel ex vnus Ruthæ hiſtoria ſatis liquet, cuius filius Obed non Elimelechi, ſed ipſius Boozi filius nominatur: vnde etiam multæ in genealogiis texendis, ac præfertim Mattheo cum Luca, in genealogia Chriſti, conciliando, difficultates ſunt obortæ. Hæc igitur fuit ratio



tio (vt ad institutum reuertar) cur quod alioqui incestuosum fuisset, tamen à Domino sit mādatum: quod certè nulla causa est cur hodie nonnulli suis prorsus damnandis libidinibus prætexāt, quum neque iam valeat hæc ratio, diruta illa macerie quæ populum Dei certis finibus distinctum à reliquis separabat: neque Dei verbum isti habeant, ex quo nunc quoque valere istam singularem exceptionem colligere possumus. Stat igitur illa conclusio, neque leuiro fratriam (excepta tantum olim specie cuius modò mentionem fecimus) neque sororio glorem ex iure diuino ducere fas esse. Itaque veteres hac de re Canonas, non vt ius

humanum, sed vt ius diuinum prorsus amplector, ex verbo Dei nimirum descriptos.

Quòd si leges humanæ quæruntur, idem multò magis etiam liquebit. Nam quod ad ius Pontificium attinet, tantum abest vt hanc coniunctionem permittat, vt etiam ad septimum vsque gradum initiò, deinde verò ad quartum vsque, affines non minùs quàm consanguineos coniungi prohibuerit: sed ita vt isti suo more, (sicuti suo loco diximus, & porrò dicemus) culicem quidem colarint, camelum autem, quoties libuit, deglutierint. Apud Romanos autem, quanuis ex illo Crassi exemplo, & quadam

Canon. Apostol. 19. syn. Neocæsar. can. 2. Basil. epist. ad Diodor.

c. de propinquis. & c. progeniem, & aliis sequentibus, 35. q. 2. c. vitim. Extrà, de Diuortis.

1. fratris &  
 1. vlt. C. de  
 incest. nup.  
 C. Theod.  
 lib. 3 tit. 12  
 Caius lib.  
 Instit. 1. tit.  
 4. §. Sed  
 nec.  
 Leg. Ale  
 man. tit. 1.  
 40. §. 1.  
 Leg. Bai-  
 ar. tit. 8.  
 Leg. Frac.  
 lib. 5. tit. 4.

Constantini cōstitutione colligi possit non inusitatum fuisse, vt apud illos quoque frater duceret defuncti fratris viduam; tamen constat hoc fuisse postea expressis legibus prohibitum. Sic quoque Caius Iurifconsultus celebris docuit: & post Romani imperij inclinationem, hoc etiam iure vsi sunt Alemanni, Baiuarij, & Franci, vt planè mirari subeat quosdam hodie inueniri posse qui eiusmodi flagitium, vt iure concessum, tueantur. Et de his quidem hæcenus, si vnum hoc addidero, quod non prætermisit etiam Basilii: concessio nimirum, vt duæ vicissim sorores ab eodem ducantur, magnopere perturbatum iri præcipuos cognationum gradus, quum idem futurus sit pater, & materteræ maritus, id est, auunculus: eadem verò ex sorore natis matertera & nouerca: aliis autem ex se natis, mater & auunculi vxor: iidem deniq; fratres, & consobrini: quæ ἀπειρία vel vnica tanti est momenti, vt omnes sani iudicij homines merito ad damnandam huiusmodi cōiunctionem semper commouerit.

Et de his quidem hæcenus, quorum hæc summa est: consanguineos vxoris, esse marito pro consanguineis, & contrà: ac proinde vt inter cognatos, sic etiam alteri cum alterius consanguineis, siue in recta  
 linea,

linea, vel descendentes, vel ascendentes, siue in transversa vel inæquali vel æquali, iisdem prorsus regulis, nuptias prohiberi. Itaque legem illam Atheniensium cuius meminit Terentius in Phormione, & apud Demosthenem expressam in oratione *ὑπὲρ μακρίστου*, qua videlicet cautum erat, ut orbam puellam duceret, aut dotaret qui genere proximus erat: aut interpretari de iis oportet quorum non esset incestuosa coniunctio, aut potius, ut ipsi naturæ honestati repugnantem, reiicere.

Sed an affines vxoris sunt marito ipsius affines, & contrâ? ut, exempli causa, si mei quondam foceri vxor, non tamen vxoris meæ mater, sed nouerca, fuerit & focero & meæ vxori superstes, an ego quondam gener illam potero ducere utpote quæ vxori meæ affinis duntaxat fuerit? Respondeo, non videri quidem vllam hîc esse propriè affinitatem, sed tamen, quoniam ea quæ fuit vxori meæ nouerca, mihi fuit instar focrus, utpote foceri mei vxor, prohibere honestatem quominus hoc matrimonium liceat. Itaque rectè de his statuissè videtur Papinianus, his verbis: *Vxorem, inquit, quondam prinigni coniungi matrimonio vitrici non oportet: nec in matrimonium nouercam ei conuenire, qui prinigna maritus fuit.*

Vnde rectè colligit noster Hotomanus, nec vxoris quondam foceri cum genero, nec mariti defunctæ nurus cum focru coniunctionem probari posse: quod etiam de vxore quondam sororij & leuiri, fratriæ denique glorifve marito sit cõstituendum. Est enim hæc regula vniuersaliter vera, Cuius nõ licet inire nuptias, eius nec coniugis licet, quoniam videlicet vxor pars quædam mariti esse videtur: estque hoc de quo agimus longè diuersum & à secundo & à tertio affinitatis genere, quod Canonici temerè excogitatum meritò postea abrogarunt.

4  
e. quod su-  
per his.  
Extra, de  
consang.  
& affin.

Consanguinei personarum quarum interuentu & copula contracta est affinitas, inter se coniugium contrahere non prohibentur, quoniam, vt antè diximus, subsistit graduum affinitatis prohibitio in iis qui sunt ipsa affinitatis causa, ne in hoc consanguinitatis simulachro, effectum causæ latius quàm ipsa causa pateat. Itaque pater & filius matrem & filiam, & duo fratres duas sorores ducere nõ prohibentur. Quia tamen in ista permixtione ordo ipse cognationis, cuius imago est affinitas, perturbari posset multis modis, vt si pater filiam, filius eiusdem filiæ matrem duceret: si pater & filius duas sorores: frater vitrici, priuignam

uignam fratris: filius sororem suæ nouer-  
cæ: frater filiam vxoris fratris: fratris filius,  
matrem vxoris patruī: filius sororis, ma-  
trem vxoris auūculi ducat, cuiusmodi spe-  
cies etiā aliæ recenferi possent: idcirco  
rectè quoque de his olim cautū est multis  
canonibus. Neque dubito quin, cessantibus  
Imperatoribus, & penè ruēte cum Romā-  
no imperio orbe terrarum, Synodos sæpe  
oportuerit his rebus multū esse intentas,  
quarū multa decreta meritò fuerunt à piis  
Imperatoribus postea confirmata. Sed au-  
dacia illa quæ multos impulit vt quod  
verbum Dei generali perpetuāque regula  
laxauit, adstringerēt, quod restrinxit, laxa-  
rent: & manifesta illa ambitio ad suam iu-  
risdictionem traducendi quod est Magi-  
stratum proprium, sanè est piis omnibus  
non minùs intolerabilis, quàm Magistra-  
tum in his curandis segnities. Eiusmodi  
tamen iam cōsummata matrimonia teme-  
rè dirimenda, ego quidem pronūtiare non  
ausim.

Vide Can.  
54. synodi  
sextæ in  
Trullo.

Sed quæritur, An nudis spōsalibus con-  
trahatur affinitas: quod non vno modo ca-  
dere in controuersiam potest. Quum enim  
(exempli gratia) matrem & filiam, aut duas  
vicissim sorores ducere prohibeat, mortua  
ante nuptias spōsa, ambigi meritò potest,

An nudis  
spōsalibus  
contraha-  
tur affini-  
tas.

num eius matri vel forori cōiungi possim. Item, quum eam quæ fratris, vel patru, vel filij vxor fuit, non possim vxorem habere, non temerè quæritur, an mortuo ante nuptias fratre, vel patruo, vel filio, aut alio quouis mihi intra prohibitos gradus cognato, ab eius sponsa mihi sit abstinentum.

*l. si qua. D. de ritu nup. l. Seruius. D. de grad. adfi. & §. si vxor. Instit. de nupt.* Respondent Iurisperiti non propriè sic contrahi affinitatem, sed tamen rectiùs & iure facere qui ab huiusmodi nuptiis abstineant: quod vt concedam, nihilominus tamen distinctione vtendū arbitror, ne summum ius hîc quoque summa esse iniuria deprehendatur. Sponsalia quippe certum est Iuriscōsultis nihil aliud declarare, quàm promissionem simplicem in tempus futurum conceptam, à qua vni recedere etiam absque alterius cōsensu liceret. Quæ igitur hæc seueritas fuerit, obsecro, vt quum ne firma quidem coniugii obligatio inter aliquos extiterit, nedum vt re ipsa coniugium initum sit, statim idem ius statuatur, ac si verum ratumq; matrimonium inter quospiam interuenisset? Velim igitur magnam quidem haberi honestatis rationem: ac proinde, si vel minima sit suspicio attentatum quippiam à sponso in sponsa fuisse, censuerim non aliter quàm vt re ipsa contracta affinitate statuendum esse: sin minus, vt

eos rectius facere censuerim qui non tantum eius quod licet, verum etiam eius quod expedit, rationem habent, ita minimè sanè velim eiusmodi sponsalia ut incestuosa, vel per se illicita, infringere. Sed quid si sponsalia firma fuerint, id est, purè, & verbis in tempus præsens conceptis inita? Hic verò demum assentiuntur plerunque Canonici Iurisconsultis, propter publicæ honestatis iustitiam, ut ipsi loquuntur. Sed iidem quum libet, à seipsis dissentiunt, ut qui sponsalia de præsentibus cum impubere facta, habeant pro sponsalibus de futuro, & tamen tradant, si quis à sponsalibus eius recesserit quam septennis desponderit, quod licet, non possit eius matrem ducere. Ego verò Augustini sententiam sequutus ab ipso etiam Gratiano prolata, arbitror illam mulierem non pertinere ad matrimonium cum qua commixtio sexus non docetur fuisse. Nec obstat quòd sponsa in quibusdam pro vxore cèsetur, quoniam videlicet etsi non re ipsa, at iure tamen vxor est, ideòque non magis sponsam quam vxorem cuiuspiam ducere licet, quoniam duos simul maritos vna mulier habere non potest, & tanquam adulter punitur qui sponsam alterius corrumpit. Sed ea in re de qua nunc quærimus, quum ipsa sanguinis còmixtio potissimum

c. 8. 11. 12, &amp;

13. 27. 9. 2.

&amp; c. ex spō salibus.

Extrà. De sponsalibus.

Vide c. litteras, &amp; c. duo, Extrà, de de-

spons. impub.

pub.

Leuit. 18.  
& 20.

respiciatur, quam Moses honestè significat  
detectionis nomine, non video quí esse de-  
beat eadem nudorum spōsalium, quæ con-  
summata matrimonij, ratio. Cōsummatum  
autem matrimonium voco, quum ducta est  
vxor: neque bonos illos cœlibes Canoni-  
cos nobis sequendos arbitror in iis arcanis  
peruestigandis, quæ tecta permanere mul-  
tò præstat, quàm curiosè atque adè turpi-  
ter, vt ipsi faciunt, ea scrutari.

c. extraor-  
dinaria, 35.  
q. 2. & ibi  
glossa sanè  
turpis.

An quouis  
coitu con-  
trahatur af-  
finitas.

Sed an ex alio quàm legitimo coitu, iu-  
sto videlicet matrimonio, contrahitur affi-  
nitas? Respondeo; primùm si incestuoso  
adulterio se polluat quispiam, vel iam con-  
iux, vel verè sponsus, non eam esse vim hu-  
ius illegitimæ coniunctionis, vt propterea  
firma sponsalia dirimantur, aut verum ma-  
trimonium præcedens solvatur, (nisi pars  
offensa separationē postularit) vt si, exem-  
pli gratia, sponsus vel maritus quispiam,  
matrem aut sororem spōsæ vel vxoris suæ  
corruperit, non propterea vel sponsalia di-  
rimentur, vel matrimonium, quasi affinitas  
cum matre aut sorore vxoris per incestum  
sit contracta. Sed quid si solutus quispiam  
(vt loquuntur) vel maritus, aut cum soluta  
quapiam sit scortatus, aut cum aliena vxo-  
re, absque incestu tamen, adulterium com-  
miserit? an propterea alteri ab alterius  
con-

c. 10, & 17,  
Extrà, de  
eo q cogn.  
conf. vxor.



confanguineis, vt in affinitate vero matrimonio contracta, fuerit abstinendum? Mihi quidem ita omnino videtur, vt hîc quoque valeat quod de feruilibus cognationibus & affinitatibus Paulus Iurisconsultus respondit: nempe in contrahendis matrimoniis naturale ius & pudorem inspiciendum esse. Multò magis verò id intelligendum est vbi de cognatione ipsa quæritur, quam certum est quouis quantūuis illegitimo coitu contrahi. Hîc autem etiam operæpretium est considerare quàm rectè & sapienter omnia nostri Canonici.

l. 14. D. de rit. nupt.

c. 10. De eo q. cog. cōf. vxor.

*Affinitas, inquit, post matrimonium iniquè contracta, putà si quis cum sorore legitima coniugis sit fornicatus, illi nocere nō debet, quæ iniquitatis particeps non extiterit.* Rectè id quidem, vt & illud quod ex eo consequitur, vt videlicet fides postulanti legitimæ vxori seruetur. Verùm quo iure tandem constituunt, vt ipsi incestuosi absque vlla spe vnquam ineundi cōiugij permaneant, sed semper cōtinentiam seruare teneantur? an enim quia incestuosi, idcirco continentix donum habent? Itaque illos potius decuit Magistratum seriò commonefacere, vt eiusmodi homines iustis pœnis afficeret, & siquidem ille cessaret, matrimonio vel soluto, vel, si reconciliari pars offensa

c. 1. & 4. & 5. & 8. & 9. & 10. ibid.

malet, post legitimam pœnitentiam redintegrato, ad vitam meliorem miseros peccatores cohortari, quàm vltro animas ipsas Satanae & carni vtilandas tradere: quam-

c. si quis cū obrem etiam paulò æquiores Canonici i-  
duabus, 33. stam aliorum iniquam seueritatem impro-  
q. 2. barunt.

c. 2. ibid. Istud verò longè absurdissimum profectò videtur quod est ab Alexandro tertio responsum, vt si quis sponsæ suæ non cognitæ matrem cognouerit, neutram habeat, sed tamen cum alia possit cōtrahere: quòd si sponsam vel ante, vel post matrem cognouit, non modò neutram habeat, sed etiam ab omni spe vllius coniugij arceatur. Nam certè, vel illū pœnas luere oportuit, vel cessante Magistratu, aut cum sponsa reconciliari, aut vbi Ecclesiæ satisfactū esset, illi non adimere quod omnibus dicit Apostolus, vt qui non potest cōtinere, nubat in Domino.

2. Sam. 20. Sed quid prætexēt istis suis iniquissimis  
3. simul & ineptissimis decretis? Fortasse Dauidis exemplum, qui decem suas concubinas ab Absalomo constupratas quandiu vixit vincetas detinuit, neque vnquam attigit. Verum in hoc exemplo quàm multa sunt dissimilia? Quòd ab illis postea Dauid abstinuit, rectè sanè fecit, & vix aliud suade-

suaderemus ei cuius vxor sese incestu pol-  
 lui fuisset: sin minùs, ne ipsi quidem Cano- <sup>32. q. 5.</sup>  
 nici negabunt adulteram videri non posse  
 cui vis est allata. De Absalomo verò, si su-  
 peruixisset, quid constiturus fuerit David,  
 conici potest ex historia. Nempe ipsi pe-  
 percisset indulgentissimus pater: quin ta-  
 men capitali supplicio dignus fuerit Ab-  
 salomus, ambigi non potest, quod etiam  
 iusto Dei iudicio luit. Hoc igitur Absalomi  
 incestuosi exemplum nihil ad continentiaë  
 votum spectat. Supersunt in hoc exemplo  
 decem illæ concubinæ quæ propter ince-  
 stum vincæ manserunt absq; vlla spe con-  
 iugij. Atqui præterquam quòd pro regu-  
 la sumi non debent quæuis, quantumuis  
 laudatorum Patrum, exempla, de hoc Da-  
 uidis factò in vtrâque partem iure disce-  
 ptari potest. Si in incestum consenserant,  
 non rectè facit David quòd in eas ex lege  
 non animaduertat. Error autem alter ex  
 hoc errore nascitur, quod ita parcit eorum  
 vitæ, vt eas nisi continentiaë donum habe-  
 bant, vstionis periculo exponat. Sin verò  
 non consenserant, cur eas saltem non pla-  
 nè repudiat, si retinere non placet propter  
 facti in eas quatumuis inuitas admissi tur-  
 pitudinem? an quoniam regiaë concubinæ  
 fuerant, non satis tutum erat eas cuipiam

elocari? atqui politica hæc ratio conscientiam non potuit, aut certè non debuit parcere.

Quid si igitur dicamus id factum ex earum consensu? nempe obstabit quod narrat historia, vincetas fuisse, & in custodia retentas. Itaq; meo iudicio, in hoc facto cõstituendum est Deum, quum hac ignominia vltus esset perpetratum aduersus Vriam scelus, voluisse memoriam eius rei, quandiu illæ vixerunt, extare: ac proinde particulare hoc factum non esse ad imitationẽ trahendũ. Neq; verò dicitur David eas perpetuæ custodiæ pœna semel multasse, nedũ vt ad votũ continẽtiæ induxerit, vt isti fieri volũt: sed duntaxat eas tenuisse vincetas, & ab eis abstinuisse ad mortẽ quidem earum vsque, sed proculdubio rationem ipsarum conscientia, si necesse fuisset, habiturus. Deinde in tanta vxorum & concubinarum turba, probabile est consueuisse euenerire, vt illud vix posset locum in singulis habere, quod tamen est iusti matrimonij proprium, nempe, vt vir non habeat sui corporis potestatem. Quomodo enim vir vnus, vel libidinosissimus, tam multis sufficere potuisset? Subiectas igitur & viro prorsus obnoxias esse oportuit ple-rasque, præsertim cõcubinas, quas vir for-tassis

talsis aliquot annis non attingeret: & quibus etiam nisi quum prorsus liberet, vti non teneretur. Hæc igitur incommoda necessarîo cum Polygamia cohærentia istis, post tantum admissum scelus, nō prorsus noua, vel iniqua videri potuerūt. Idem autem certè in incestuosos, alioqui monogamos, qui tamén non habeant continentia donum, ex hoc Dauidis exemplo prorsus impari constitui nec potest, nec debet: etiam si factum istud vitio nō carere concederemus.

Sed an alterius sponsi, vel cōiugis morte tollitur affinitas superstitis cum defunctæ personæ consanguineis? Iurisperiti respondēt sublatam quidem affinitatem videri, sed manere tamen eandem prohibitionem propter publicam honestatem: quibus eò vsque assentior, vt etiam repudio vel diuortio interueniente, idem statuendum existimem. Solutio quippe vinculo quod plures familias copulabat, necesse quidem est separatas fateri quæ prius erant coniunctæ, sed ita vt coniunctionis memoriam adhuc vigere publica honestas iubeat. Sed & alio argumento solutam esse affinitatem liquet. Nam si, verbi gratia, superstes gener meus aliam ducat, ea quavis filia meæ successerit, tamen est mihi

An sponsi vel coniugis morte tollatur affinitas. l. 15. D. de rit. nupt. § affinitatis. & §. so. crum, Inst. de nupt.

c. de pro-  
pinquis 35.  
q. 3. c. por-  
rò ibidè.

extranea, ac proinde illam, si vidua fuerit, ducere non prohibeor: quâuis religiosi nostri Canonici alterû hoc affinitatis genus esse voluerint, cui & tertiû adiunxerût, putà si vidua illa, mortuo illo qui gener meus fuit, aleri nupserit. Sed bene est quod ipsimet istius commenti authores postea fictitia hæc impedimenta sustulerunt.

De pœna  
incestus  
ante legē  
& sub le-  
gē.

Gen. 38. 24

Leuit. 18.

& 20.

Pœna in-  
cestus sub  
posterioribus  
Im-  
peratoribus.

Uñ adul-  
terium. D.  
ad l. Iul. de  
adult. l.  
si quis in-  
cesti. C.

incest.  
nupt. Et  
auth. de  
incest col.  
2. Condit.  
vl. § 1.

Cic. de le-  
gib. 2.

Cæterum quæ tum ante legem, tum sub lege fuerit incestus pœna, ab ipsa videlicet naturæ honestate dictata, ex sacris literis apparet: capitalis nimirû, qualis etiã initiò fuit apud Romanos, vt qui adulteriû quoque capitis pœna sepe punierint. Sed inclinãte paulatim hominû iudicio ad deteriore partē excogitatae sunt exceptiones, quæ iustissimas illas leges antiquas inutiles redderēt. Inde eò ventû est, vt capitalis pœna penit<sup>9</sup> sublata sit, nulla certè ratione, & magno cû totius Romani imperij dedecore, quum multo rectius esset illud quod apud Ciceronem ex antiquo iure refert Atticus

INCESTVM PONTIFICES SVPRE-  
MO SVPPICIO SANCIVNTO. Sed de his viderint Magistratus quibus est glâ-  
dij potestas cõmissa. Nos ea persequimur quæ sunt Ecclesiasticæ iurisdictionis propria, id est, quæ ad corû mun<sup>9</sup> spectât qui ex verbo Dei cõsciëntias sibi cõmissas regût.

In

In veteribus igitur Canonib<sup>9</sup> illud laudabile est, (videlicet ex verbo Dei constitutum) quòd incestuosa siue sponsalia, siue coniugia, (de his enim simul iam pridem in hoc argumento compendij causa differimus) omnino dirimenda iudicant, quod tamen indiget ea interpretatione cuius antea mentionem fecimus. Neque enim propriè dirimi dicitur quod nunquã ritè coniunctum fuit. Itaque & sponsalia & coniugia huiusmodi potius pronuntianda sunt ipso iure inutilia & irrita esse, ut quæ sponsalium & coniugij speciem duntaxat habuerint. Sed & illud ex verbo Dei rectè constitutũ & obseruatũ fuit, ut eiusmodi flagitiorum rei (reos autem appello, qui scientes prudentes tale quippiam admisisse legitimè conuicti fuerint) ex Ecclesia eicerentur. Verùm quod certum illorum pœnitentiæ tempus tam præcisè & tam diuturnum constitutum est, id ego verò neque in hoc flagitio neque in aliis probo. Nam si ne tum quidem resipuerint, quo iure illos receperis? Sin verò citius quàm sperari posset resipuerint, cur diutius illos afflixeris? Deinde quũ istiusmodi temporũ præscriptiones certũ sit aditũ patefecisse doctrinæ satisfactionũ & indulgentiarũ (ad quæ remedia necessariò deuenire

Veteres  
Canones  
qua pœna  
incestuosos  
afecerint.

multos coegit ista veterum Canonum nō satis profectō consideratē instituta disciplina) causa nulla est (opinor) cur ista in vsum reuocentur. Quis enim est, obsecro, qui intra quod tempus Dominus sit cuiuspiam daturus vt resipiscat, definire possit? resipiscētis verō peccata quo iure retinueris, quæ iam esse in cælis remissa meritō videantur? an vt publico Ecclesiæ offendiculo satisfiat? atqui optimē satisfactum est Ecclesiæ, vbi constiterit peccatorem resipuisse, quod vnū præcipuè in isto pœnæ genere spectatur: an verō potiùs, vt an satis serua sit pœnitentia temporis spatia probetur? id verō etsi minimè negligendū est propter hypocritas, tamen qui possit præcisè certo temporis curriculo defini, ego quidem nō perspicio. Itaque hoc tandem extorsit ipsa necessitas, vt arbitrariæ essent pœnitentiæ quas vocant. Neque his obstat quod ex Isidoro refert Gratianus, de Aaronis & Mariæ pœnitentia septem dierum. Cur enim ipsi septem dies in septem annos transmutarunt? & vix potuit ad deslendum peccatum illis præscribi breuius temporis spatium: quomodo etiam accipienda sunt spatia legalis impunitatis diuersis temporibus definita, sed admodum breuibus, vt conqueri nemo de feueritate

c. tempo-  
ra 27. q. 7.  
c. hoc ipfū  
33. q. 2.



feueritate potuerit? Itaque standum potius fuisse iudico Apostoli doctrinæ & exemplo, qui quum de incestuoso illo Satana tradendo præciperet, non ut periret (sicut nonnulli perperam admodum interpretantur) sed potius ut crudiretur: neque tempus vllum neque cōtinentiæ perpetuæ votum præscripsit, (quî enim id faceret?) verum simulatq; intellexit quantopere ipsum sceleris admîssi pœniteret, nihil antiquius habuit, quàm ut primo quoque tempore rursus receptus ille tristitia non absorberetur.

Nostri verò boni Pontifices, seueri scilicet veterum Conciliorum & Canonum vindices, quid hîc tandem? Primùm quidem, sicut supra demonstrauius, ut ipso numine religiosiores viderentur, in transuersa cognationis & affinitatis linea, ad septimum vsq; gradum prohibitionem nuptiarum protraxerunt, nouam etiam càmque ineptissimam & falsissimam graduum numerationem commenti. Deinde triplex affinitatis genus excogitarunt, & iis quidem additis rationibus quæ vel ipsos lapides ridere cogant, nedum ut peccantibus lachrymas excutiant. Postea verò tandem coacti sunt intra quartum suum gradum, ipsorû modo numeratum, id est, octauum,

f. j.

1. Cor. 5. 5,  
& 2. Cor.  
2. 7.

De pœna  
incestus  
sub Ponti-  
ficio iure.

Vide c. fra-  
ternitas,  
35. q. 10.

subsistere. Quorsum id verò? certè sicut ipse exitus ostendit, vt quò arctiora vincula ne-  
xuissent, eò lucrosior esset eorundem rela-  
xatio, vt, quemadmodum de ipforum sacris  
Sannazarius scripsit,

*Vendere iure potest, emerat ipse prius: sic  
quoque scribere de istis Papæ interdictis  
planè liceat:*

*Nexuit ipse prius, soluere iure potest.* Quòd  
si fortè sibi iniuriam à me fieri Cacolyci  
nostri conquerentur, saltem mihi concedēt  
(opinor) vt ad summos illos ipforum Do-  
ctores mihi liceat prouocare. Legantur er-  
go quæ illi quàm copiosissimè de istiusmo-  
di, quas vocant, dispensationibus obseruāt,  
in 4. Sentent. distinct. 34. Eorum autem  
doctrinæ, cuius vel Satanam ipsum pudere  
possit, hæc summa est: prohibitionem qui-  
dem inter ascendētes & descendentes esse  
moralem ac perpetuam: alios autem gra-  
dus omnes, transfuersos videlicet, lege tan-  
tùm iudiciali prohiberi: hac, quum vnus Is-  
raelitis sit perlata, nos minimè obligari nisi  
quatenus Ecclesia eos admisit, cuius caput  
quum sit Papa Romanus, fas illi esse iustis  
de causis (quasi verò iustum quicquam esse  
possit quo diuinum ius violatur) leges illas  
relaxare. Hæc illi, additis etiam quibus id  
confirmant exemplis, nimirum quòd fra-  
tres

Vide Ca-  
ierantum in  
secundam  
secundæ  
Thomæ,  
q. 154. art.  
9.

tres & sorores initiò generis humani vnà sese cõiunxerint, quòd Abrahamus Saram sororem *ἡμιπάρτειον*, Iacobus duas sorores, Amramus Iochæbetam amitam duxerit, fratres denique fratrum semen iussi sint excitare. Mirum sanè istos præterire potuisse vel quod Catullus & Ouidius de Magorum apud Persas ortu, Lucanus de Arfacidis, & ipse Tertullianus noster de Persis, vel Æmilius Probus de fratrum & sororum apud Athenienses nuptiis commemorant, & quæ sunt à Ptolemæis in Ægypto palàm factitata. En quæ sit istorû in seruanda matrimonij honestate seueritas, quorû spurcitiem quid attinet pluribus refutare? Certè quanuis inter incestuosos concubitus alius sit alio detestabilior, tamen si verum esset quod illi impudentissimè comminiscuntur, prohiberi gradus illos iure quodam Iudæorû ciuili, non iure ipso gentium siue naturæ, fecisset iniuriã Cananæis Dominus, quum eos vsque ad eò argueret omnium istorum scelerum, vt eos propterea mox extirpandos ac penitus delendos prædiceret, hac etiam addita comminatione, fore vt si Israelitæ illos imitarentur, eos quoque solum ipsum cuomeret.

1. si adulterium §. stu  
pru. D. ad  
leg. Iul. de  
adult.

Quid quod prophani ipsi Iurisconsulti hoc ius gentium esse apertè dixerunt, &  
f. ij.

Plato de  
legib, 8.

Plato, istis certè, Christi scilicet vicariis, diuiniòr, palàm de his ita sensit? Libet enim totum locum subiicere, vt istos Cynædos Romanos quibus Philosophi sæpius quàm vlli Prophetæ vel Apostoli sapiunt, tantò apertiùs coarguamus: sic igitur ille,

Ὅταν ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ τῶν γυνόντων  
καλοὶ, καὶ πατρὸς ἢ θυγατρὸς ὁ αὐτὸς νόμος  
ἀγραφῆται, ὡς εἶόν τε ἰκανώταται φυλάττειν,  
μήτε φανερόν, μήτε λάθρα συλλαβεύδοντα,  
ἢ πως ἄλλως ἀσπαζόμενον, ἀπειθεῖται τού-  
των. ἀλλ' ἔδ' ὅτι θυμία ζωῆς τῆς σωστικῆς  
τὸ πᾶν εἰσέρχεται τοῖς πολλοῖς. Id est,  
*Si cum soror aut frater formosi fuerint, itémque  
de filio vel filia, eadē lex est non scripta, quàm  
maximè fieri potest cauendum ne quis vel pa-  
lām vel clām, vnà dormiens, aut aliā quacun-  
que occasione illos salutans contrectet. Imò  
plerosque ne vlla quidem istiusmodi congressus  
cupiditas subit. Excepisset Plato, si nostris  
temporibus vixisset, Romanos saltem Pō-  
tifices, Alexandrum Borgiam, & Paulum  
Farnesium, si illos nosset, vel certè potiùs  
inter homines non numerasset. Et mox,  
Οὐκοῦν σ μικρὸν ῥῆμα κατὰ σβέννυσι πάσας  
ταὶς ποιαύτας ἰδοναὶς, τὸ ταῦτα εἶναι φαῖται μη-  
δαμῶς ὅσα, θεομισθὴ δὲ καὶ ἀχρεῶν ἀχίσα:*  
τὸ

τὸ δ' ἄπεινα ἀφα τούτου ἔστι, τὸ μηδένα ἄλλως  
λέγειν αὐτὰ, ἀλλ' οὐδὺς γυρόμενον ἡμῶν ἔ-  
κασον, αἰκούρην τε λεγόντων αἰεὶ καὶ πανταχοῦ  
ταῦτα, ἐν γελοίοις τε ἅμα, ἐν πάσῃ τε αὐτοῦ ἢ  
τραγικῇ λεγομένη πολλὰκις, ὅταν ἢ Θυέστας,  
ἢ Πινάσ Οιδίποδας εἰσάγωσιν, ἢ Μακαρέας Πι-  
νάσ ἀδελφῆς μιχθέντας λαθραίως, ὄφθέν-  
τας δὲ ἐτόιμωσ θάνατον ἑαυτοῖσ ὀπιπθέντας,  
δίκην τῆσ ἀμάρτιασ. Id est, *V no igitur verbo  
omnes istiusmodi voluptates restringuntur, nepe  
si nefaria hac esse dixerimus, & numini exosa,  
atq; adeo turpiū turpissima. Huius autē certē  
vel hac probatio fuerit, quod nemo aliter de his  
loquatur, sed nostrūm unusquisque à primo ex-  
ortu ita semper & ubiq; de his rebus loquētes  
homines audierimus, tū in illis ludicris, tū se-  
penuero in illis magis seriis tragicis qua vo-  
cant, quū Thyestas aut O Edipodas inducerēt,  
aut Macareas aliquos sororum consuetudine  
clām abufos, mox sibiipsis visos mortem, qua  
nimirū esset sceleris sui pœna, conciscere. Hæc  
ille: quæ si quis comparat cum illis Pontifi-  
ciorum doctorū scriptis, quis tandem sani  
iudicij vir, nō malit Platoni, quàm Roma-  
no illi fœdissimo scorto assentiri? De illis  
autem omnibus exemplis, quod sit illorum  
pondus suō loco declarauimus. Iacobiverò*

factum si tantopere ipsis placet, agè, quid tandem obstat quominus Polygamiam apertè quoque concedant, & ita quidem vt duas etiã sorores simul habere liceat, si modò pecuniam D. Satanissimo Papæ persolueris? Sed hæc sunt scripta fortassis à quibusdam Papparum adulatoribus, ab ipsis autem Pontificibus minimè vsurpata. Imò verò quis ignorat illustrissimas Europæ familias illis authoribus iã pridè fuisse istiusmodi Romanis spurcitiis cõtaminatas? Sic Philippus eius nominis secūdus Burgūdiæ dux, Patrū memoria, viduā sui patruī duxit: sic Ferdinandus rex Neapolitanus amitam suam: sic Emanuel Portugalliæ rex, duas sorores: sic Catharina Angliæ regina, nostra memoria duobus vicissim fratribus nupsit, vt de nostris temporibus nihil dicam.

Noui ego hos in Gallia nobiles, quorum vnus sorores duas: alter fratris, tertius patruī viduam etiam num hodie apud se ex Pōtificis Romani cōsensu retinet, ad quem refugerūt miseri quum in Gallicarum Ecclesiarum Synodo à nostris non potuissent istiusmodi flagitij approbationem obtinere. Quid plura? Martinus quintus, in plæclaro illo Cōstantiensi Cōcilio electus, fratris cuiusdam cum sorore germana matrimonium scribitur comprobasse, quod an iure

lit

fit factum adhuc inter nostros Canonicos ambigitur. Itaque ut hæc omnia vno verbo concludamus, quæcunque anathemata isti hypocritæ aduersus incestuosos crepant, mera sunt ludibria, adiecta illa exceptione, nisi aliter Romano Pontifici, qui est supra omnes, videatur. Et quid est attollere se supra ipsum numen, si hoc non est? Itaque dictum illud Pauli de doctrina dæmoniorum, isti filio perditionis quadrare comperietur, nō modò quum prohibet, verùm etiam quum cōcedit matrimonia, ut omnibus modis sit antichristus. At vos Reges & Principes Christiani, quousque tandem ab ista fœdissima meretrice septem montibus insidente vos patiementi dementari?

Vide Cōcilium Romanū sub Gregor. secundo.  
1. Tim. 4.

Iam verò nobis dicendum est de sponsalibus clādestinis, id est, absque eorum consensu factis, in quorum potestate sunt contrahentes. Illa igitur quum Dei volūtati ac mandato, ipsique adeò naturali æquitati ex diametro repugnēt, Deo auctore cōciliata videri non possunt, ideòque inutilia, & ipso (ut loquuntur) iure nulla sunt. Dicamus autem primùm de iure diuino. Honorem qui parentibus à liberis debetur, æstimandum esse ex parētum in liberos potestate nemo (ut opinor) inficiabitur. Liberos autem numeratos fuisse inter patrisfamiliâs bona seu

De sponsalibus absque parētū, vel eorū qui parentū loco sunt, consensu factis.

Iob. I. 12. & 18. fortunat, liquet saltem ex antiquissima Iobi historia, quum Satan, facta sibi potestate omnes Iobi facultates perdendi, liberos quoque ipsius inuadat. Liberis igitur, sese aliis mancipare, non magis quam seruis licuit, nisi ex parentum cōsensu: idq; æquum & honestū esse res ipsa clamat, quum liberi seipso parentibus secundū Deum debeant, ac proinde multò etiam meliore ratione in parentum bonis habeantur, quàm vlli serui siue domi nati, siue pretio comparati. Quod autem sub Lege non correxit Dominus, nēpe vt patribus liceret, cogēte nimirum egestate, liberos suos ad seruiendum diuēdere, etsi est fortassis ex eorū numero quæ propter illius populi duritiam tolerauit potius quàm approbavit: arguit nihilominus summam semper fuisse parentum in liberorū corpora, potestatem: vt & illud quod diu apud Romanos viguit, nempe, vt patres in filios ius vitæ & necis haberent. Quòd si quæritur quippiam magis peculiare, & ad liberorū matrimonia propriè spectās, quid obstat quin pro expressa lege habeatur, quod perpetuo in vsu fuisse liquet? Rebecca sanè non nisi ex Bethuelis manu petitur & accipitur. Iacobus à Labane suas vxores sumit. Eandem patriam potestatem inculcat Moses, de virginis stupratore

Genes. 24.  
 & 27. & 28  
 Exo. 22. 15.  
 & 34. 12. 15  
 Deut. 24.

pratore



pratore differens, itémq; de generis ac nu-  
 ribus ex prophanis populis non accipiēdis.  
 Idem liquet ex Israclitarum aduersus Ben-  
 iaminitas iureiurādo. Sampson quoq; licet  
 amore peregrinæ inflammatus, requirit ta-  
 men patris consensum. Thamar ex fratris  
 stupratoris manibus euadere sic conatur.  
 Paulus agens de virgine vel elocanda, vel  
 asseruāda, quod ius patrum esse voluerit in  
 liberos manifestè ostēdit. Huic autē verbo  
 Dei sic assentiūtur veteres Patres, tū Græ-  
 ci, tum Latini, vt ne vnus quidem dissensisse  
 cōperiatur. Quid plura? Ipsi quoq; Pontifi-  
 ces Euaristus, Leo primus, Pelagius, Vrba-  
 nus, Nicolaus, non aliter iudicant. Synodi  
 quoq; veteres eò vsque damnāt clandesti-  
 na cōiugia, (inter quæ vel præcipua sunt de  
 quibus agimus,) vt etiam scientes, præsen-  
 tes, auxiliantes, excōmunicationis sentētiæ  
 ipso (vt loquuntur) factō subiiciant. Leges  
 autem ciuiles his de rebus & à veteribus  
 Iurisconsultis, & ab Imperatoribus summo  
 cōsensu scriptæ, adeò vt ne vidua quidem,  
 licet emācipationis libertate gaudeat, intra  
 vicesimū quintum annū excipiatur, notio-  
 res sunt quàm vt ignorari, clariores quàm  
 vt obscurari, sanctiores quàm vt iure abo-  
 leri possint. Quid obstat igitur quominus  
 eiusmodi spōsalia prorsus inutilia irritaque

Ind. 14. &amp;

21  
2. Sam. 13,

13

1. Cor. 7. 38

Euar. epist.

1. como Cō-  
cil. 1.

Leo epist.

92. c. 4. c.

aliter legi

timū, &amp; c.

nostrates,

30 q. 5. c. si

verum. 31.

q. 2.

Ambr. de

Abrah. lib.

1. cap. 9.

Tert. ad v-

xor. lib. 2.

Basilius ad

Amphilo.

epist. 1. c.

38. 40. 43.

Cōcil. La-

teran. sub

Innoc. 3. c.

51. &amp; alibi i

passim. c.

tria legiti-

ma, 36. q. 2.

Syno. Se-

non. c. 37.

semel pronuntiemus? Imò etiam viduarum quæ iam sui sunt iuris sponsalia clam parentibus inita, vt inutilia non sint, tamen iustissima reprehensione non carent.

Sed quid si eiusmodi spõsalia coniugium sit reipfa consequutum? Certè si causa spectetur, cur prorsus irrita sint huiusmodi sponsalia, (quoniam videlicet cõsentire in sui ipsius traditionẽ non potest qui sui iuris nõ est) efficietur multò minus valere ipsum coniugium, vtpote in quo expressior etiam ac certior consensus requiratur. Diluenda sunt tamen quæ in contrariam partem afferuntur. Sed hæc agè in eum locum reiiciamus in quo de diuortiis differemus.

An cogi possit consensus.  
Gen 24. 57  
Ambro. in 1. Cor. 7.  
Vile 31 q. 2. & c. honorantur, 32. q. 2. & c. quõ locũ, Extrã, de spons. l. 12. & 14. C. de nupt. l. nõ cogitur. D. de rit nup. l. 6 & 12. & 11. D. de sponsal.

Oboriuntur autem hoc loco nonnullæ maximi momenti quæstiones. An enim liberi coguntur iis in quorum sunt potestate necessariò cõsentire? Respondeo non cogi quidem, quoniã liber in primis, ac penitus volũtarius cõsentus in matrimonio requiritur: sed tamen reuerentiam quæ parentibus debetur, & iis qui parentum loco sunt, hoc postulare, vt sine maxima causa ab iis nõ dissentiantur. Vicissim autem æquum est vt parentes cum liberis suis agant moderate, nec eos inuitos ad hoc vel illud matrimonium cogant. Quid si verò vel non satis inter parentes & liberos possit conuenire,

vel

vel parentes officium non faciant? Nempe tentanda hîc sunt mitiora omnia remedia, expugnanda est patrum feueritas omni officij genere, cauendum vicissim patribus ne abutantur potestate sibi à Deo attributa. Quòd si nihil æqui potuerit alia ratione obtineri, tum sanè adcantur Magistratus oportet, quorum etiam munus est, partim leges de his rebus quàm æquissimas ponere, partim veluti sese medios interponere, vt neque violetur patria potestas, neq; ab iniquis & tam dulci nomine indignis patribus liberi opprimantur.

Sed an consensisse iudicandus est qui non dissensit? Nempe videtur æquitas hoc postulare, vt parentes, vel qui parentum loco sunt nisi expressè dissenserint, cōsensisse videantur, quoniam nulla neque vis neque metus violenta suspicio in ipsos cadit. De liberis autem, & in aliena potestate positus, etsi videntur idem sentire Iurif-  
l. 19. D. de rit. nupt. l. 1. & 20. C. de nup.

consulti, tamen non possum idem statuere, sed hoc potiùs seruandū puto, vt, quoniã  
An qui tacuit consensit.

& patria auctoritas & ætatis imbecillitas facilè potest plenam voluntatis libertatē impedire, ipsa cōsensus expressio loco minimè suspecto requiratur. Addo & illud, etiam si expressus fuerit cōsensus, tamen si pertinaciter negata fuerit copula,  
l. 7. & 12. D. de spōs. l. 22. D. de ritu nupt. Vide 31. q. 2. c. 6. & 13. & 14. & 21. & 28. Extrà, de sponsal. & c. 11. Extrà, de despōs. impuber.

dignam rem videri de qua diligenter inquiratur, vt nulli nisi planè libero & volùtario consensu coniuges habeantur. Vbi autè interuenit copula, frustrà certè coactio à sponso prætextitur: neque de sponsa aliter statuendum videtur, nisi fortè vim sibi allatam, cui neque tunc neque postea vnquam consenserit, liquidò probarit.

De spons.  
impuberù.

30. q. 2. &  
c. 7. & 8. &  
9. Extrà,  
de despôs.  
impub.  
Later. Cõ-  
cil. sub A-  
lex 3. par-  
te 6. Can.  
3. & 7. &  
10. & 26.  
& 29.

l. 14. D. de  
sponsal.

Verùm quid si ex parentum quidem consensu, aut etiam iussu, inita sunt sponsalia, sed inter vtranque vel alteram saltem impuberem personam? Respondeo hæc sponsalia nullius esse momenti, nisi postea nouo puberis facti consensu confirmentur aut malitia ætatem supplente, concubitus interuenerit. Nec enim videri possunt cõsensisse qui qua de re agatur intelligere per ætatem nequeunt. Quia tamen inter infantiam & pubertatem, tanquam inter duo extrema, media quædam est ætas in qua nec prorsus expertes intelligentiæ, nec tamen satis intelligentes sunt homines, ideo inter consensum eorum qui planè intelligunt quid ab iis agatur in quorum sunt potestate, & eorum consensum qui ad res istas intelligendas penitus sunt inepti, media quædam quasi consensionis species cõstitui potest. Hinc illa trium hominis statuum distinctio, quam sequuntur Modesti-

nus

nus non vult inter minores quam septen-  
 nes fieri sponsalia, quod etiam Leo Impe-  
 rator cauit, & Alexander tertius respon-  
 dit. Sed utcumque sit, istiusmodi sponsalia,  
 quum, quibuscunque tandem verbis uta-  
 ris, non possint nisi in futurum tempus fie-  
 ri, plenè non obligant impuberem, nisi v-  
 bi pubes factus fuerit, alius consensus, vel  
 tacitus, vel expressus, consequatur. Interea  
 verò dum pubertas expectatur, fateor non  
 posse puberem à sponsalibus cum impu-  
 bere factis discedere, & affinitatem veluti  
 iam pro contracta haberi, tantisper dum  
 quis sit rei futurus exitus, tempus ipsum  
 patefaciat. Probo & illud, ut intra puber-  
 tatis annos dissentire non possit impubes,  
 sed pubertas expectetur. Verùm id quod  
 respondit Honorius, puberem factum o-  
 mnino teneri adimplere quod ipso impu-  
 bere pater promiserit, minimè probo: ut  
 nec illud Urbani responsum, attentationis  
 nullum esse momentum, etiã circiter duo-  
 decimum annum factæ. Ut tamen inge-  
 nuè dicam quod sentio, non satis prudent-  
 ter facere mihi videntur qui eiusmodi ma-  
 trimonia tanto antè tempore præmedi-  
 tantur, quorum quàm infelix plerunque  
 sit exitus, quodcunque tandem bonum pu-  
 blicæ pacis prætexatur, utinam non possit

Leo no-  
 uel. 109. c.  
 4. & 5.

Extrà, de  
 sponsal.  
 impuber.

c. 7. & 13.  
 Extrà, eo-  
 dem.

c. 1. & 10.  
 Extrà, eo-  
 dem.

tam multis & tam illustribus exemplis demonstrari. Certè non minimam partem earum calamitatum quibus iactata est Europa ab hinc annos octoginta (ne vetustiora commemorarem) eiusmodi intempestivis coniugiis non minùs temerè dissolutis quàm callidè conciliata fuerant, acceptam ferre oportet. Cæterùm patri licuisse ex iure Ciuili nuntium sponso remittere, manente in potestate filio, mirandum non est: quum sponsalia in futurum tempus concepta, cuiusmodi tunc erant omnia, præcise neminem obligarent, nec magna tum esset religio ipsa quoque coniugia dissoluere.

l. in potestate .D. de sponsalib.

De sponsalibus vi aut metu extortis. Ambros. in 1. Cor. 7. 31. q. 2. Si verum, & de neptis, & Lotharius.

Psal. 15

c. 2. & 14. & 15. & 17. & 22. Ex tra, de spō salib.

Sponsalia quoque facta per vim vel metum qui in constantem virum cadat, (quæ de re paulò antè aliquid diximus) nisi subsequente altero libero consensu rata habeantur, nullius momenti censentur. Etsi enim eiusmodi promissio non est absque aliqua consensus specie, & præsertim si iusiurandum accesserit, etiam cum damno nostro præstanda videtur fides: tamè quia rectè iudicant sapientes in hoc præsertim contractu, vt qui spondit, cogi ad rem præstandam possit, liberrimum consensum requiri: eiusmodi promissiones, si de vi aut eiusmodi metu bene constiterit, inutiles

inutiles esse statuuntur. Grauiter tamē monēd<sup>9</sup> est qui fidē dedit, videat etiā atq; etiā quo animi affectu id fecerit, ne in cōscientiā peccet. Sed & illud obseruādū est quod paulò antè dixi, nēpe si sequuta sit copula, vel etiā attētatio, cui nō resisterit mulier, frustra vim aut metū postea prætexi. Itaq; quod Ludouic<sup>9</sup> eius nominis x i i. Gallix Rex filiā Ludouici x i. etiā post coitū repudiavit, soceri metum causatus, iniquè à Pontifice concessum est, nec feliciter ipsi Regi cecidit, sine mascula prole mortuo.

c. 3. & 21.  
Extra, de  
sponsal.

In errore verò meritò ambigitur quid sit constituendum, quum in errore non sit consensus, qui tamen liberrimus ac plenissimus, velut anima quædam est huius de quo loquimur contractus. Et hic non ineptè Scholastici quatuor erroris species cōstituūt: vnū personæ, vt quū Liapro Rachele supposita est: alterū cōditionis deterioris, vt si serua cōperiatur quam credideris liberam esse: tertiū fortunæ, quum pauper est quæ dicebatur diues: quartū qualitatis, vt si capitosa est quam morigerā esse aiebāt. Deinde iidē distinguūt inter ea quæ in coniugio sustinent rationē vel materiæ vel formæ, & quæ sunt eiusdē *συμβεληκότα*. Materiam vocant ipsas personas, formam verò obligationem ipsam matrimonij: cætera intelligunt accidentium nomine.

De sponsalibus errore factis.

Scholasticorum sententia.  
Lombard. sent. 4. dist. 30.

Postremò concludunt errorem in persona vitare ipsam materiam coniugii, nedum vt rata sint eiusmodi sponsalia. Errorem autem deterioris conditionis repugnare eiusdem formæ quum in matrimonio alter alteri suum corpus vtendum tradat, quod facere non potest seruus aut ancilla, qui corpus in pôtestate nō habēt: ac proinde quoties id eueniat, nulla esse sponsalia imò ne consummata quidem matrimonia, si modò pars læsa rescindi coniugium postulet, & præsertim si dominus non consentiat in manumissionem. In errore verò fortunæ, vel qualitatis, quoniam ea vel adesse vel abesse possint saluo matrimonio, rata esse volunt sponsalia, quum in re ipsa fuerit iustus consensus. Et hæc quidē quāuis mihi in genere rectè videntur constituta, tamen habeo quod hîc dicam. Nam in errore personæ, etsi non videtur vllus fuisse consensus, ac proinde irrita esse sponsalia, tamen, si subsequuta fuerit copula rectè facere sentio qui Iacobi exemplum ea quidem in re sequuti, summo iure non vtuntur. Quòd si tamen prorsus malæ conscientie fraus interuenerit, ne magnopere quidem vrgendum sponsum vel sponsam arbitror vt de iure suo quicquam remittat: quòd si etiam vtrò id faciat, dignam tamen

Error personæ.



tamen arbitror nocentem personam quæ seuerè castigetur. Sed num alieni nominis Nominis suppositio. suppositio errorem in persona includit necessariò & sponsalia vitiat? minimè profectò si de corpore constiterit. Sumamus autem pro exēplo illam ipsam speciẽ de qua perperam prorsus, meo iudicio, Innoc. 3. e. tua nos, Extrà, de sponsalib. respōdit. Quidam omnia prius expertus vt honestam mulierem ad turpia pelliceret, tãdem hac fraude vsus est, vt Iohannis nomen emētitus, his verbis eam priuatim desponsaret, Iohannes te desponsat: quo dolo illecta mulier imprudēs, quum in illũ quasi sponsum consensisset, ei copiã sui fecit. Ille postea voluptate expleta, testatus sibi nunquam animũ fuisse illam ducendi, eam scilicet ludibrio habuit: ista verò fidem sibi datam petit præstari. Respondet Pontifex non debere ex eo facto cõiugium iudicari, quòd in eo nec substãtia coniugalis cõtractus, nec forma cõtrahendi coniugiũ valeat inueniri, quoniam ex altera parte nihil præter dolũ adfuit, & defuit omnino cõsensus sine quo cætera nequeũt fœdus coniugale perficere. Ego verò si Magistratus essem, hũc nodum alio nodo expedirem, quo videlicet impurus huiusmodi sacri coniugij temerator, & honestæ mulieris corruptor strãgularetur. Quòd si, cessante magistratu,

iudicandum fuerit de coniugio, non dubitarem firma esse sponsalia pronuntiare. Primum enim quod ad substantiam ipsam contractus attinet, quum verba ex communi intelligentia accipienda sint, & mulierem illam constet non alium stipulatam quam eum ipsum quem alloquebatur, is certe quodcunque nomen sumpserit, de seipso respondisse merito existimabitur, etiam si quasi de tertia persona sit loquutus, quod interdum fieri ex usu solet.

*e. ex literis. Extrà, de sponsalibus.* Cõstat igitur de corpore, ac proinde error nominis, præsertim quum non temerè, sed dolo euenerit, stipulationem non vitiat: & æquitas ipsa docet magis ad mentem stipulantis, quam ad mentem promittentis respiciendum, ut quid in re sit æstimari debeat, non quid senserit promissor, præsertim quum promittens sese in dolo fuisse postea ultro fateatur. Deinde quod ad formam siue consensum attinet, quum mulier quidem bona fide in eum ipsum quem præsentem stipulata fuerat ut in sponsum consenserit: ipse verò quauis falsum nomen e mentitus, persuasum tamen esse mulieri voluerit se tanquam sponsum ad eam accedere, non video cur non consensus utrinque fuisse merito dicatur, nempe simplex & rectus quod ad stipulantem mulierem, fraudulentus verò quod ad virum promittentem attinet. Hæc verò

l. 22. & 32.  
D. de verb. obl.  
l. 9. §. Si in nomine. D. de contrah. empt.

l. Si mihi & Titio. §. si stipulatus. D. eod.

verò simulatio minimè certè debet reo de-  
 ceptori prodesse quominus iudicium in in-  
 uitum etiam reddatur, & actori potius, id  
 est, deceptæ mulieri sit credendum. Deni-  
 que illud rectissimè iudicatū est, vt quum  
 reus dolum adhibet, ex eo quod actor in-  
 tellexit, iudicetur: & quoties in stipulatio-  
 nibus ambigua est oratio, id quo res de  
 qua agitur in tuto sit, accipiatur. Et de er-  
 rore quidem personæ hætenus.

l. 83. §. si  
 Stichum.  
 D. eod.

c. 9. & 13. §.  
 ex his. 22.  
 q. 5.

l. 80. D. de  
 verb. obli.

Quod autem ad conditionis siue status  
 errorem attinet, vt si ancilla erat quam in-  
 genuam putabam, sublatis, Dei beneficio,  
 istiusmodi inter nos seruitutibus, non est  
 quod de hac re amplius laboremus.

Error cō-  
 ditionis.

Errore verò fortunæ, quam vocant, putà  
 si pauper fuerit quam diuitem esse aiebāt,  
 etsi fateor spōsalia in præsens tempus con-  
 cepta non vitiari, vt neque ob dotem non  
 solutam, neq; ob alia eiusmodi quæ ipsam  
 sponsalium substantiam vel formam, putà  
 consensum, non respiciunt: tamen æquum  
 esse dico vt eiusmodi dolus & ecclesiastica  
 & ciuili pœna castigetur: & ei qui deceptus  
 est, actio in deceptores detur. Sin verò  
 sponsalia quidem in futurum tempus dun-  
 taxat & sub cōditione facta sint, ne in con-  
 scientiæ quidem foro videtur obligatus qui  
 spondit, nisi conditio impleatur.

Error in  
 fortuna,  
 & alius  
 qualitati-  
 bus.

l. 11. C. de  
 repudiis.  
 c. 1. Extrà,  
 de spons.

l. 22. D. de  
 verb. obli.

c. 3. Extrà,  
 de condito.  
 appof.

Si corrupta pro virgine desponsa fuerit, aut etiam ducta. 29. q. 1. Postremò in errore qualitatis excipio, si corrupta inueniatur quæ pro virgine fuit per errorem desponsa. Tum enim sp̄sum ad ducendam sp̄sam cogi non posse arbitror. Scio tamen aliter Scholasticis videri, & aliter quoq; plerisque locis iudicari: sed ius cōtrarium quo vtimur in hac Geneuēsi Ecclesia, auctoritate verbi Dei & rationibus, meo quidem iudicio, iustissimis, nititur: nec aliter etiā D. Philip. Melanchthon iudicauit. Primùm enim expressum est Dei verbū, eiusmodi mulierem corruptam, sese yēditantem pro virgine, eadem lapidationis pœna post copulam puniēs atque adulteram, ac proinde diuortium ante copulam multò magis concedens: idque fuisse in Israele ita vlitatū, vt probis & honestis hominibus religioni etiā esset, patefacto dolo ad copulam ipsam progredi, manifestè liquet ex iis quæ de Iosepho refert Matthæus, *Qui, inquit, quòd vir iustus esset, volebat clanculum Mariam dimittere, quum alioqui iudicio posset cū ea, non sine ipsius infamia & periculo, experiri. Deinde ita expressè cautum est à Leone Imperatore, maximis de causis. Et certè huc trahi in argumētum posse existimo quod in non dissimili contractu emptionis respondit Vlpianus, nēpe, Valere quidem emptionem*

si

si ego me virginem emere putarem, quum esset iam mulier, ita tamē vt teneatur venditor, quanti interest. Statui enim hoc casu valere emptionem propterea quòd damnū à venditore præstari potest, res ipsa satis ostendit. Quid fiet igitur vbi damnum neque æstimari, neque solui potest, vt in hac de qua agimus specie? Quis enim quid interfit inter castæ virginis & scortatricis mulieris coniunctionem vnquam æstimauerit? nempe æquissimum est contraria ratione contractum irritum pronuntiari, & qui in tanto dolo est grauissimè puniri. Itaque in ipsa etiam emptione alibi idem Vlpianus apertè pronuntiat, si quis virginem se emere putasset quum mulier veniisset, & sciens errare cum venditor passus sit, redhibitionem quidem ex ea causa non esse, veruntamen ex empto competere actionem ad resolvendam emptionem, vt restituto pretio mulier reddatur. Itaque si nec spōte nec crassa negligentia deceptum sponsum constiterit, nec subsequutum sit quippiā ex quo meritò præsumatur spōsus cognitè postea rei acquieuisse, neq; persuaderi poterit sponso vt iuri suo renūtiat, iudicare solemus in hac Ecclesia, cogi spōsum ad cōsummandum matrimoniū non posse, quoniam in virginem duntaxat cōsenserit.

1. si sterilis. §. quāuis. D. de act. emp.

1. ex empto. §. si quis virginē. D. de act. empt.

Si prægñās fuerit pro virgine desponsa.

Quòd si etiam prægñās ex alio compe-  
riatur, non modò nō cogimus sponsum ad  
eam ducendam, verùm etiam vel ducere  
parantem, ad tempus saltem, impedimus,  
quoniam ex alio prægñātem ducere, turpe  
fanè, & in Christiana Ecclesia intolerabile  
videtur: quum ne apud prophanos quidem  
id fuisse honestum vel ex eo liqueat quòd  
apud Terentium recusat Pamphilus eam  
recipere quam ex alio grauidam putabat:  
& apud Euripidem, Creusa, quæ grauida  
nupserat, ab illa Pallade fingitur supplicio  
cripi. Et Suetoni<sup>9</sup> duplex hoc Augusti faci-  
nus tanquam Romanis inusitatum refert,  
quòd videlicet Liuiam à Tiberio Nerone  
marito, & quidem prægñantem abduxerit.

De furore sponsalia antecedēte vel subsequente.

Postulat quoque ratio, vt quum furentis  
nullus sit consensus, inutilia sint sponsalia  
inter iam furiosas personas, aut vnam sanæ  
mentis, alteram furiosam contracta: idque  
de perpetuo furore sine exceptione verum  
est: in eo verò qui dilucida habet interual-  
la, tum demum valet, si tum insaniuisse cō-  
stiterit quum sponsio fieret: nisi, intermit-  
tente furore, antegressa promissio nouo  
consensu fuerit confirmata. Sed quid si  
sponsalibus superuenerit furor perpetuus?  
Respondent Iuriscōsulti non dirimi spon-  
salia, ac proinde multò minùs solui iam

l. 8. D. de sponsalib.  
l. 16. D. de rit. nupt. l.  
22. §. Si maritus.  
D. sol. ma-  
trimo.

con-

consummatum matrimonium, nisi furor sit prorsus intractabilis: Sed contrariū statuit Leo Imperator, tum in sponsalibus tum in cōiugio re ipsa iam inīto, addita tamen hac exceptione, vt maritus quidem furente vxore triennium, vxor verò furente marito quinquennium expectet. Canonici inter se non satis consentiunt. Ego de solis sponsalibus nunc dissero, in quorum diremptione Leoni prorsus assentior. Videtur enim æquitas ratioque ipsa omnino flagitare, vt quum à perpetuò furente persona neque sacra benedictio peti, neque matrimonium ritè & honestè consummari possit, rebus adhuc, quod ad corporum coniunctionem attinet, integris, eiusmodi sponsalia quæ sortiri exitum nunquam possent, velut auctore ipso Deo perpetuum illud impedimentum obiiciente, dirimantur: & tamen tum vt de voluntate Dei liquidò constet, tum vt fidei datæ summa ratio habeatur, tentandis omnibus remediis commodum temporis spatium statuatur.

Leo const. 111. & 112.

c. 25. & 26. 32. q. 7. c. dilectus, Extrà, de spons.

Quæ de furore diximus, valèt simili prorsus ratione in iis omnibus impedimentis quæ alteram personam ad spōsalium promissionem implendam prorsus inhabilem reddiderūt, cuiusmodi sūt paralyſis immedicabilis & quæ corpus prorsus eneruarit:

De paralyſi, frigiditate, exactione, & aliis corporis vitiiſ copulam impediētib.

frigiditas insanabilis: genitaliū partium vel priuatio, vel adeò insignis læsio, vt perpetua coitus impotentia necessariò cōsequatur: Itaque spōsalia cum personis eiusmodi quopiam morbo iam affectis contracta, prorsus inutilia sunt, quū ad matrimonium à Deo vocati videri non possint qui fidem in sponsalibus datam præstare, naturali obiecto vitio, nequeunt. Quòd si sponsalibus factis, coniugio tamen nõdum re ipsa consummato, eiusmodi malum superuenerit, idem quod de furore sentio, nempe vt eiusmodi sponsalia, veluti Deo ipso sic iu-

Canonicorum inconstãtia. *Impedimento palàm demonstrat sibi eiusmodi sponsalia non placere.*

Extrà, toto titulo, Ita quoq; saniores Canonici censuerūt.

De frigidis c. quod Nam quod respondit siue Alexander ter-

autem, 27. tius in Lateranensi Concilio, siue Lucius

q. 2. cap. tertius, vt apud Gratianū scribitur: Roma-

quòd autem, 33. q. nam Ecclesiam videlicet consueuisse iudi-

1. Lateran. care, vt quæ tanquam vxor haberi non po-

Conc. sub test, habeatur tanquam soror, iniquissimè

Alexãd. 3. fuit constitutum. Itaque rectiùs iam tum

parte 6. c. iudicabat hac de re Gallica Ecclesia, cui e-

24. c. Con- sultationi. tiam idem Pontifex Alexãder eodem con-

Extrà, De cilio est assensus. *Sicut enim* (inquit) *puer qui*

frigidis. *non potest reddere debitum, non est aptus ad*

Eiusdẽ La *coniugium, sic quoque qui impotentes sunt, mi-*

ter. Conc. *nimè*

parte 50. *nimè*

c. 28.



*nimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.* Gregorius autem multis antè seculis istum Romanum abusum paulò rectiùs est interpretatus, referente Gratiano, cuius c. requisi-  
uisti, 33. q. decretū placet sigillatim expendere. Primum igitur constituit, *Vt qui frigida natura<sup>1.</sup> præditus, uxore uti non potest pro uxore, eam habeat pro sorore,* id est, matrimonij nomine manente cum ea nihilominus viuat. Est autem hoc siue præceptum, (vtitur enim Alexander siue Lucius iudicandi verbo) siue, ut alij Pontificiorum erratorum belli excusatores volunt, consilium ex ea ineptissima & falsissima fabula ortum, quòd Apostoli suas quidem cõiuges circumduxerint, sed ab earum consuetudine (re scilicet, ut isti Cynædi volunt, impura,) abstinnerint, neque aliter quàm sorores germanas haberint. Hinc ortus ille mos prætextu castitatis cuiusdam angelicæ, secum habendi mulieres *ἐπιούκτες*, in quas multa decernere coactæ tandem sunt veteres Synodi, & nominatim scripsit Chrysof. Et quid præterea iam tum inter istas sorores sanctimoniales & suos fraterculos, nonnullis etiam Eunuchorum opera ad vitandam suspicionem abutētibus, ageretur, tū ex Cypriano, tū ex Basilio magno apparet: tanti est momenti quicquam absque Dei verbo in Ec-

Cypr. lib.  
 I. epist. II.  
 Basilius in  
 libello de  
 virginitate.

clesiam inuehere. Sed vt ad rem redeam, si fortè placet vtrique continētia, quorsum tandem falsam istā matrimonij imaginem? Scilicet dabunt isti nobis nouos Iosephos, & nouas Marias, aut aliquos magno illo Augustino puriores, qui ne cū sorore quidem sua sibi putauit habitandū: quod idem ille Gregorius obseruauit, *Quod si, inquit, retinaculum coniugale voluerint rescindere, maneat vtrique innupti.* Id verò sanè vtrique liceat, modò continentiaē votū excludatur. Quis enim veram continentiam damnet? Verūm quid si nō placeat illis continentia? Hic verò prorsus æquū est quod decreuit Gregorius, nēpe vt ei quidem qui ad matrimonium prorsus est ineptus (qua de re ex solenni iureiurādo decernebatur) omne coniugium interdicator, alteri verò si ita voluerit, alterius ineundi matrimonij fiat potestas. *Sed quid si postea frigidus etiam ille* (inquit Gregorius) *aliam copulam acceperit? tunc qui iurauerunt, crimine periuurii teneatur, & penitentia peracta, priora cogantur recipere coniugia.* Id verò rursus merè Papisticum, id est, iniquissimū esse dico, nisi certæ & idoneæ distinctiones adhibeantur. Primū enim, si frigidus iste aliā rursus mulierem fefellerit, qua ratione, quæso, siue ipsum siue priorē vxorem spectes, prius matrimoniū redin-

Greg. lib.  
7. epist. 39.

c. laudabilem. Extra  
De frigidis.

redintegrabitur, & quidem maxima cum eius viri iniuria qui vxorē illam iusto repudio à priore viro separatā duxerit? Deinde si verè ille frigidus erat, quorsum ista periurij multa? Quòd si vel frigidum sese ita simulabat vt & inspectores & iudices fefellerit: vel postea contra omnem medicorum expectationem conualuit, quorsum ista periurij pœna alii innoxij comprehenduntur, nisi eos quoque in culpa esse constiterit? Relinquitur ergo vt tum demum hoc valere videatur quum istum qui frigidus putabatur, vel id simulasse, vel postea conualuisse probatum erit. Verùm ne tum quidem ista iure videntur decerni. Fuerit enim iste adulter, ac proinde dissolutum prius matrimonium, siue reuera nō frigidus, siue postea sanatus ad aliud matrimoniū trāsierit. Nā si frigidus verè nō erat, sed odio vxoris, vel alteri<sup>9</sup> amore id simulabat, adulter est manifestus, ad aliā trāsies, & propriæ vxoris prostitutor. Sin verò postea cōualuit, repetere priorē vxorē, errore videlicet separatā, oportuit, etiam si alteri postea esset coniuncta. Itaq; ne istud quidem Gregorij decretum tolerabile in plerisque videtur. Sed illud rectè omnino in istiusmodi controuersis constitutum est, ne quid videlicet temere fieret quod mutari postea sine magno offendiculo

c. fraternitatis Extrà, de frigidis.

l. 10. C. de  
 diuortijs,  
 & nouella  
 22. §. per  
 causam &  
 Auth. de  
 nupt. §.  
 per occa-  
 sionē. coll.  
 4. constit.  
 1. & c. lau-  
 dabilem,  
 Extrā, de  
 frigidis.  
 Leo pul-  
 cherrima  
 cōstit. 98.

non possēt, vt triennium saltem ab ipso co-  
 pulationis, id est, ductæ vxoris die expecta-  
 retur, priusquam isti morbi insanabiles ef-  
 se, & sponsalia coniugiāve, vel inutilia, vel  
 dirimenda pronuntiarentur. Hoc autem  
 omnino de iis vitiis accipiendum est quæ  
 per se non patent. Nam alioqui, vt in exe-  
 ctione, vel si quis naturæ vitio, testibus aut  
 genitali membro careat, quorsum vllum  
 temporis interuallum? Eiusmodi verò Eu-  
 nuchorum connubia probare non modò  
 absurdissimum, sed turpissimum etiam  
 fuerit, vt rectè & sanctè scripsit Leo Im-  
 perator.

An expe-  
 ctandum  
 vt pars lz  
 sa de al-  
 terius vi-  
 tio imme-  
 dicabilij  
 conque-  
 ratur.

Verùm quid si altera pars corpore qui-  
 dem sana, mente verò imprudens, vel  
 sciens contraxerit eiusmodi sponsalia, vel  
 vitio postea deprehenso, ius tamen suum  
 non modò non persequatur, verùm etiam  
 ad nuptias vsque progredi velit? Respon-  
 deo, etsi non sunt ista, si lateant, nimium  
 curiosè peruestiganda, tamen si de re eius-  
 modi constiterit, interesse Ecclesiæ vt eius-  
 modi spōsalia primo quoque tēpore vel in-  
 utilia, vel dirimenda pronuntientur, nedū  
 vt nuptiarum benedictio petentibus etiam  
 partibus concedatur. Primùm enim mani-  
 festum sacri coniugij, adeoque totius Ec-  
 clesiæ ludibrium consequi necesse esset.

Deinde

Deinde eiusmodi vanæ coniunctionis specie, quid aliud quàm turpitudinis velamen quæri potest? At enim, inquires, consentiunt partes, quasi verò violanda sit ipsa coniugalis contractus, vt ita loquar, natura, quoniam priuati in id consentiunt: aut quasi non sit vel iis maximè succurrendum qui decipi vltro volunt. Quid si verò præterea qui se confidebat altero carere posse, nimum serò sentiat sibi non concessum perpetuæ continentix donum? Cæterùm si hæc mala matrimonio iam reipsa consummato superuenerint, quid sit cõstituendum in tractatione de Diuortiiis explicabimus.

Quid si verò vel ante vel post sponsalia, matrimonio tamen nondum reipsa consummato, morbus quispiam in altero deprehendatur, minimè quidem talis vt vsum corporis prorsus adimat, sed qui tamen sit insanabiliter contagiosus, & ita turpis, vt alter meritò ad alterius congressum exhorrescat? Respondeo, vbi probè constiterit de morbo manifestè contagioso & insanabili, cuiusmodi est elephantiasis, sponsalia prorsus, etiam recusantibus id partibus, veluti Deo ipso authore, & eiusmodi promissis intercedente, dirimenda. Hoc enim matrimonium quis tandem ex

De morbis  
insanabili-  
liter con-  
tagiosis.

bona conscientia impleuerit, quo uti non possit, quin & seipsū, & ciues cæteros perdat? quin denique liberos ad perpetuam miseriam, & commune Reipub. detrimentum gignat? Itaque hoc non est dirimere quod Deus coniunxerat, sed potius impedire quominus quod non ritè neque ex Dei voluntate coniungi cœperat, vltèrius progrediatur. Sed interea, inquires, quid ipsis fiet? nempe, sanæ personæ fiet alterius matrimonij potestas: ægrotanti verò mandabit quidem Magistratus, vt ab omni cōiugio abstineat, simulque providebit vt extra aliorum hominum cœtum commodè quod superest vitæ tranfigat. Eundem autem consolabitur fidus pastor, & hortabitur vt continentix donum ex fide postulet, quoniam certum sit eum vocari ad cœlibatum cui Dominus ademerit matrimonij ex bona conscientia exercendi potestatem. Sic autem fuisse diu factitatum etiam quum elephantiasis, quam lepram vocant, consummato iam coniugio, superuenerat, colligi potest ex quodam Alexandri III. rescripto. Nam si sana persona nō sequebatur ægrotantē, multò minùs sponsalia tenebatur implere. Sed hoc postea Pontifices, egregios scilicet seruandæ cōiugalis fidei vindices, mutasse nemo mirabitur,

Canonico-  
rum in-  
stituta,  
c. 1. Extrà,  
de coniu-  
giale-  
proforum.  
Later cōc.  
sub Alex.  
3. parte 38.  
cap. 2.  
Extrà, to  
to tit. de  
coniugio  
leproforū.

bitur, qui Diabolico spiritu impulsos, atque adeò humani generis hostes, in ple-  
risque fuisse cognoverit, vt qui iam etiam  
leprosis ad matrimonium conuolandi po-  
testatem faciant. Hoc tamen Celestino III.  
minimè placuisse colligendum est omnino  
ex quodam ipsius responso, quanuis incer-  
ta quadam & titubãti forma scripto. **Quid**  
sit autem constituendum de elephantiasi,  
aut alio eius generis morbo coniugali co-  
pulæ superueniente, suo loco dicemus.

Verùm quid si morbus cõtagiosus qui-  
dem non fuerit, sed tamen insanabilis, &  
ita turpis, vt alter alterius congressum me-  
ritò abhorreat? Hic quidẽ ego (eiusmodi  
videlicet vitio sponsalibus superueniente,  
quoniam vix probabile est cognito priùs  
tali morbo inuentum iri qui ea conditione  
vti velit) censuerim vtrique consulendum,  
vt iuri suo renũtiare vltro malint, quàm vl-  
terius ad eã coniunctionẽ progredi, in qua  
vix sit sperãdũ illos cõmodè victuros. Huic  
autẽ cõsilio si assentiãtur, vel altera saltem  
persona liberationem flagitet, non dubita-  
rim spõsalia veluti Deo quoq; ipso aucto-  
re, dirimenda, quoniã verisimile est Deũ i-  
stiusmodi quoq; coniunctioni intercedere:  
in quam sententiã omnino interpretandũ

c. 2. Extrã,  
eodem.  
Eiusdem  
cõc. parte  
38. c. 3.  
c. quemad-  
modum,  
Extrã, de  
iureiuran-  
do.  
De morbis  
turpissi-  
mis.

videtur Celestini tertij responsum, cuius suprà meminimus. Sin verò pergere vterque malit, tum sanè, modò contagionis absit suspicio, minimè impediendos arbitror quominus coniugium etiam ipsum ineant.

De mor- Ob morbum autem quãuis diuturnum, bis sana- tamen sanabilem, vel superueniens aliud bilibus & incōmodum, vt si claudus, surdus, mutus a- aliis cor- liquis efficiatur, solui sponsalia posse non poris de- fectibus.c. si vxorem videntur.

32. q. 5. Quid si verò qui vnam despondit, ad a- De spōsa liam vtro transeat? nempe res ipsa docet, vel spōsa duorum.

quandiu rata fuerunt priora sponsalia, non magis posse quempiam esse duarum spon- farum sponsum, quàm duarum vxorum ma- ritum, quum eiusmodi sponsam, etsi non re ipsa, attamen obligatione esse cōiugem, vel illud manifestè declaret, quòd in eum qui alteri desponsam violarit, eadem ex Deut. 22. Dei verbo, quæ in adulterum, pœna statui- tur, & ex illo quoque quòd Adamus tradi- 23. tam sibi à Deo fœminam pronuntiauit, e- Gen. 2. 20 tiam ante copulam, esse os ex ossibus suis, & carnem ex carne sua, idque non modò communis naturæ & creationis fœminæ habitatione, verùm etiam vel maximè propter coniugij vinculum, vt apparet ex iis quæ ibi statim subiicit de matrimonij conditione. Itaq; huc spectant quæ in Polygamiam



Iugamiam superiore tractatu diximus. Leges autem ciuiles aliter de hac re statuiffe, nisi quū honestas prohibebat, sicut in tractatione de affinitate diximus, nihil mirum est, quum sponsalia apud illos necessariam obligationem nō parerent. Canonici verò recte quoque sponsalia de futuro, quæ vocant, nisi subsequuta esset copula, à sponsalibus de præsentī, de quibus vnīs hīc ago, distinxerunt: vt illa istis infringātur, addita nihilominus, ob irritam factam priorem fidem, Ecclesiastica pœna.

Toto tit. Extrā, de spōsa duorum, c. 2. & 22, Extrā, de spons.

Agitatur & illud iam pridem, An rata sint fidelis cum infideli spōsalia, quod duobus modis potest in controuersiam incidere: vno, quum vtraque persona sponsalium tempore infidelis erat, postea verò altera ad veram religionem sese cōuertit: altero, quum ex duobus tempore sponsalium veram religionem profitentibus, alter ad hæresim, siue manifestā impietatem est prolapsus. Respondeo, siue ante, siue post sponsalia eiusmodi imparitas inciderit, dirimi spōsalia (si nihil aliud causæ obstiterit) non licere, quandiu consentit infidelis cū fideli habitare. Quoniam tamen & ex Patribus nonnulli, à quibus temerè discedendū non est, & Canonici aliter censent, etiam consummato iam matrimonio: primū omnium

De spōsali-  
libus im-  
paribus, si-  
ue inter  
fidelem &  
infidelem  
initis.

confirmanda nobis est hæc sententia ex Dei verbo, deinde illorum sententiæ & rationes expendendæ. Dico igitur, quanuis magno nauo non careant infidelium inter se coniugia, quoniam videlicet non fiunt in veri Dei timore ac reuerentia, tamen quum Dominus humani generis conseruator hoc in animis hominum discrimen turpis & honesti non aboleuerit, quo vagæ & spurcæ libidines à coniugali coniunctione discernuntur, vera etiam esse inter infideles spõsalia, de quibus agimus, id est, inita verbis in præsens tempus conceptis. Si vera sunt autem, consequitur bona conscientia dirimi multò minùs posse ob alterius infidelitatem, ac proinde rata ac firma esse oportere. Hoc autem manifestè etiam patet ex Dei verbo. Nam si scortatio vel stuprũ hoc esset, vt *ἐπιλοικῶς* scribit Tertullianus, nunquam suasisset Paulus vt fidelis vel tantillum cum infideli permaneret. At enim, inquit, loquitur ibi Paulus de iam contractis matrimoniis quæ expedit non dirimi. Id ego verò concedo: sed quis ostendet Apostolum agere de iis duntaxat coniugiis quæ inter vtranque initio infidelem personam fuerant contracta, ac non etiam de iis quæ iam fidelis quispiam cum infideli iniuisset? Quòd si ista quoque censent adeò  
firma

1. Cor. 7.  
13. & 14.

firma esse ut à fidei dissolui non possint, efficitur certè valida quoque habenda sponsalia, à quibus vinculum illud cœpit. Neque tamen nego quædam iam consummata valere quorum alioquin irrita erant initia. Sed hoc dico obtinere tum demum, quum quod vero plenèque consensui deerat, per subsequentem copulam purgatur, veluti si quispiam impubes vel coactus vel per errorem sponsalia contraxit, pubes autem factus, vel ultro cognito errore postea desponsam cognoscat: id quod certè in hac quam tractamus specie locum non habet. Quòd si quis excipiat eundem Paulum prohibere ne quis iugum ducat cum infidelibus, id quoque concedo, & quæ aduersus eiusmodi coniugia Patres passim detonant, 2. Cor. 6. 14 vehementer probo, modò quidem emolliantur eorum hyperbolæ. 9. 1. Nego enim hinc effici vana esse sponsalia, quanuis inconsulto nec satis recta conscientia fuerint contracta: siquidem multa optimo iure dissuadentur, quæ tamen semel facta, dissolui non possunt. Hæc igitur in genere nostra sententia est verbo Dei planè, ut arbitror, consentiens. Addidi autem exceptionem, NISI INFIDELIS DISCESSERIT, quoniam si ne consummato quidem matrimonio manet obligatio

siue seruitus fratris aut sororis, vt loquitur Apostolus, liquet multò magis id constituendum esse, quum sponsalia sola interuenerunt. Sed tamen arbitror hîc esse multiplici distinctioni locum. Primùm enim magnum est discrimen ponendũ inter eum qui hæreticus sit duntaxat, id est, qui ex Christi quidem Ecclesia se esse profiteatur, sed à vera Ecclesia in aliquibus dogmatibus dissideat, & eum qui Christianam religionem ex professo oppugnet, quales sunt hodie Iudæi & Mahumetani. Deinde quum non omnes sectæ sint eiusdem momenti, inter ipsos quoque nō tantum aberrantes (quis enim est extra omne erroris periculum?) verum etiam errorem suum pertinaciùs tuètes, & alios in suam sectam pertrahètes, aut aliis eiusdè sectæ sese adiungentes (cuiusmodi sunt hæretici vocati) seruandum est hoc discrimen, vt non omnes eodem loco habeamus, quum nō omnes hæreses eiusdem sint momenti. Præterea & illud tenendum est, pari periculo sese non exponere qui nurus, quàm qui sibi generos quærun, quoniam vxores demum in familiam ac potestatem maritorum transeunt, ac proinde isti quàm illi meritò videntur longiùs aberrare. Postremò illud quoque obseruandum arbitror, non habèdam eam

per-

personam pro infideli quæ sese ad veram religionem transituram ita spondeat, vt ei meritò fides habēda videatur. His positis, concludo sequendam esse nobis Apostoli doctrinam, ac proinde tamen Ecclesiastica pœna dignos videri (pro ratione tamē circumstantiarum moderanda) qui cum aliis quærant cōiugia, quàm cum iis de quorum vera in primis religione satis constet: prudenter autem ac etiam Christianè prorsus facere Magistratus qui eiusmodi sponsalia faciēda inhibeant. Addo etiam meritò puniendos capitali pœna videri tãquam manifestos apostatas, qui iam plus satis patefacta Euangelij veritate, cum apertis eius hostibus, veluti cum Mahumetanis ac Iudæis, cōnubia contrahant: qui Magistratus si officium fecerint, superuacanea videri possit de istiusmodi sponsalium vel matrimoniorum vinculo quæstio. Quominus autem simpliciter audeam pronūtiare sponsalia eiusmodi dissoluenda, facit Apostolus, apertè præcipiens fideli ne ab infide-

1. Cor. 7. 13.

&amp; 14.

Obiectio 1.

August. de

adult. con-

iug. libr. 1.

&amp; De ser-

mone Do-

mini in

mōte, lib. 2.

Nunc autem agè contrarias rationes expendamus. Sunt enim qui nullo modo tollerandam huiusmodi coniunctionem arbi-

trentur: ii que potissimum nituntur lege illa toties inculcata, qua Israelitis interdicitur connubium cum extraneis populis, tam feuerè quoque vindicata, vt Esdras iampridem etiam consummata eiusmodi matrimonia penitus dissoluerit. Hic igitur duo sunt in primis nobis consideranda: Vnum, an interdictum illud ad omnes exteras gentes pertinuerit: alterum, an idem sit hodie nobis sine exceptione obseruandum. Ac mihi quidem, quod ad priorem quaestionem attinet, dicendum videtur, certos tantum populos fuisse illa lege comprehensos, eos videlicet in primis quos Dominus exitio deuouerat, ac praeterea Ammonitas & Moabitas peculiaribus de causis. Nec obstat quod videtur generalis causa interdicti, nempe ne viri à mulieribus, aut mulieres à viris ad idololatriam abducerentur. Nam praeter illam causam vniuersalem sunt particulares à Domino expressae, & remedium aliquod aduersus illud malum afferri aliter etiam potuit, nepe si priusquam matrimonium contraheretur, persona infidelis certum, quoad eius fieri potest, testimonium edidisset se veram religionem amplecti velle. Habuit certè lex illa exceptionem de muliere captiua quam ducere licuit. Causa verò cur captiuam potius

Exod. 24.  
11. & 16.  
Deut. 7. 1.  
& 3. & 4. &  
27. 3. 4. & 5  
Esd. 9.  
Refutatio  
u

Deut. 21. 1.

tius quàm liberam accipere licuerit, hæc videtur fuisse, quòd captiua iam quodam modo peregrina esse desiisset, quum inter victoris Israelitæ bona numeraretur. Præterea cautum erat, vt vngues refecaret, comam raderet, patrem & matrem per integrum mensem quasi mortuos lugeret: quæ omnia dum fiebāt, licuit & ipsi hero & ancillæ captiuæ deliberare de futuris nuptiis, ne quid eiusmodi temerè fieret. Deinde illa omnia huc spectabāt, vt mulier eiusmodi non nisi certissimo cū testimonio, quòd & patriam & parētes velut prorsus oblita esset, admitteretur. Deinde sunt qui negent legem illam fuisse præcisè obseruandam. Proferuntur enim exempla Salmonis principis Iuda, qui Rahab ex Iericho duxit: & Boazi, qui Rutham Moabitidem cognationis iure accepit: itémq; Sampsonis, Dauidis, Solomonis, & aliorum. Sed huic sententiæ nō accedo. Nam quod ad Rahab atinet, non dubium est quin accensa fuerit populo Israelitico ex Dei voluntate, propter beneficium collatum in exploratores, & raram eius fidem. De Boazo verò, etsi potuit prætexere Rutham factam esse quodammodo ciuem Israeliticam per prius matrimonium, nihilominus tamen respondere malo aliquid etiam næui fuisse in illo

connubio, quum satis constet, multas etiam alias Domini leges conuiuentia Magistratum negligenter admodum fuisse ab illo populo obseruatas. Sampsonis autem & aliorum quatumuis excellentium hominum facta, absit ut pro regula sequamur, nedum ut aliis vulgarium aliquot hominum commemoratis exemplis moueamur. Concedo igitur eiusmodi sponsalia, imò etiam matrimonia iam consummata post susceptos quoque liberos, fuisse ex Dei ordinatione non quidem repudio propriè dirimenda, (diuortium enim ibi nullum est, ubi nullum matrimonium fuit) sed ipso iure nulla pronuntianda: meritò denique (ut scitè scribit Augustin.) quæ Domino prohibènte ductæ essent, Domino iubènte fuisse dimissas. Sed, ut hoc demus, adhuc tamen ambigitur, an idem hodie nobis sit in coniugiis imparibus constituendum, id est, quoties fidelis cum infideli sponsalia contraxit, aut alter euasit infidelis. Cur autem idem statuendum videatur, ex eo colligitur quòd uniuersalis & perpetua esse videtur ipsius legis ratio, nimirum ne infidelis fidelem à vero Dei cultu abducat, quod etià videtur Paulus disertè cõfirmare, quum inquit, *Nolite iugum ducere cum infidelibus*, quibus verbis certum est includi etiam matrimonium.

Respon-

Refutatio 2.

2. Cor. 6.  
14.



Respondeo hætenus esse nobis spectandam vniuersalem illam causam huius prohibitionis, vt ex eo cõcludamus maximis periculis vltro sese obiicere qui eiusmodi coniugia ineunt, quod vnum Paulus illic respexit: sed præcipuè obseruandas esse peculiâres causas quas hodie cessare res ipsa conuincit. Eam autem esse sententiã Apostoli ipsemet declarat, quum si quid eiusmodi factum sit, iubet nos propter sublatũ illud discrimen populorum potius bene sperare de lucrifaciendo infideli, quàm de fideli amittendo metuere.

Secundo loco profertur argumentum Obiectio magni quidem in speciem momenti, sed <sup>2.</sup> reuera ἀφ' ἑσῶς λόγος, quanuis torrentis instar Augustinum extra viam abripuerit, nempe quòd detestabilius sit crimen ἀπιστίας quàm adulterij: ac proinde æquum sit existimare multò etiã æquius esse, vt illa potius quàm isto matrimonij nedum sponsalium, vinculum dissolui possit. Refutatio. Responsio verò facilis est, nempe non comparari inter se hæc crimina, vt vtrum sit grauius coram Deo, dispiciatur, sed vt quod magis repugnat matrimonij naturæ, id longè grauius habebatur. Idololatra porro atq; ad eò impius quispiam esse potest, & tamen maritus, quum matrimonium à scortatione

inter ipsos etiam impios plurimum differat: adulter autem simul & maritus esse nemo potest. Itaque matrimonium adulterio, non autem impietate, dissolui mirum videri non debet: & ratio illa plane vana apprehenditur, quod ad sponsalium, nedum coniugij consummati, dissolutionem attinet, quum alioqui ad huiusmodi sponsalia & coniugia dissuadenda maximū pondus ha-

Obiectio

3. Cypr. de lapsis.

Hieron. in Iovinianū.

Amb. lib.

9. epist. 70.

August. de

fide & o-

per c. 18.

Refutatio

1.

clamores, *Prostruunt templa idolis. Qua consensio lucis ad tenebras? Christi cum Belial? Redduntur illorum membra, quorum sunt costae. Christiani hominis non est ab infidelibus coniugia petere:* & similia huiusmodi, commoda tamen interpretatione mollienda. Neque enim necesse est à Deo vel mente vel corpore disiunctū esse, cui vel casu, vel *ἐκ τῆς ἀφαιρέσεως* etiam, contigerit cū infideli copulari: cuius rei plurima passim extant in sacris literis & ante Legem, & sub Lege, exempla, Promulgato autem Euangelio quin eiusmodi penè infinita acciderint dubitari non potest. Certè si simpliciter illas Patrum sententias accipiamus, falsum fuerit quod dicit Apostolus, permanendum esse fidei, quandiu consentit cum ipso habitare infidelis. Quis enim Spiritu Dei præditus suaserit cuiquam vt vel tantillum extra

Christi

Christi consortium maneat? Falsum etiam <sup>3</sup>  
 illud esset, sanctos esse liberos ex impari  
 quoque coniugio prognatos, nisi alter, li-  
 cet infideli, quod ad conjugalem copulam  
 attinet, coniunctus, tamen Christi mēbrum  
 esset. Deinde ne illud quidem rectè dice- <sup>4</sup>  
 ret Apostolus, sanctificari infidelem fidelem,  
 id est, legitimè & ex bona conscientia li-  
 cere fidelem marito vti infideli vxore, & cō-  
 trà: quoniam videlicet vnusquisq; non ex  
 alterius ( nisi sit criminis alieni socius) sed  
 ex sua ipsius conscientia polluitur. Postre- <sup>5</sup>  
 mò, si membrū Satanæ fieret quisquis infi-  
 delē habet siue sponsam siue vxorē, quod  
 discrimē esset scortationis & legitimi ma-  
 trimonii sponsonem?

Tertio loco, vrget illa Pauli verba Au- <sup>Obiect. 3</sup>  
 gustinus, *Reliquis dico ego, non Dominus*, ac  
 si Apostolus ita significaret nihil hac de re  
 mandatum esse, sed liberum esse fidelem vel  
 discedere vel non discedere: se tamen sua-  
 dere, ac veluti consilium, non autem præ-  
 ceptum dare, vt fidelis spectet potiùs quid  
 expediat, quàm quid liceat. Respondeo cū <sup>Refutatio 3</sup>  
 tanti viri pace, nulla prorsus ratione, imò  
 ne iusta quidem coniectura niti istiusmodi  
 collectionē. Nā vbi tādē inueniem⁹ in ver-  
 bo Dei, licuisse ob aliā quàm adulterij cau-  
 sam matrimoniū dissoluere? Spectare verò  
 nos oportere nō tātūm quid liceat, verūm

etiam in primis quid expediat: imò verò nihil nobis in foro conscientiae, vt loquuntur, licet, nisi quo Dei gloria amplificari, & proximus ædificari, possit: an est medium nescio quod consilium à probo & prudente quopiam profectum, quod vel sequi vel repudiare fas sit, ac non potius Dei ipsius præceptum? fefellit autem Augustinum fortassis illud quoque inter cætera quòd hæc Apostoli verba, *Si infidelis discedit, discedat*, perinde accepit ac si verbum illud, *discedat*, ad fidelem pertineret, vt sit hæc sententia huius loci: Si discedit infidelis, fas esse fideli vt vicissim discedat. Atqui res ipsa, adeoque grammatica σύνταξις postulat, vt ὁ ἀπίστος repetatur ἀπὸ τοῦ νοικοῦ, & sit hic sensus, Si discedere vult infidelis, siue (vt antea dixit Apostolus) si cohabitare recusat, sanè discedat ipse, & sua infania fruatur: eiusmodi autem personæ desertrici maritus vel vxor fidelis non amplius adstringitur.

**Obiect. 4.** Itaque illud Augustini dilemma, quo videtur Pollentium ad quem de hac re scribit, irretire, planè concidit. *Iubet fideli Dominus*, inquit Augustinus, *ne infidelem dimittat, an non iubet? Si dixeris, iubet, reclamant Apostolus. Ego dico, non Dominus. Si dixeris, non iubet, causam requiro.* At ego planè

nè respondeo , iubere : & nego reclamare Apostolum. Nam si quid loquatur Apostolus, quod non loquatur Dominus, iam non est ei credendum, quia non Apostolus. Minimè igitur voluit Paulus, aliquid de suo extra Dei madata depromere, quod facere ipse nec voluit, nec potuit, nec debuit: sed ea quæ difertè & specialiter à Domino expressa fuerant, (sicut illud, *V-1. Cor. 7. xor à viro non descedito*) ab iis distinguere<sup>10.</sup> quæ per ipsum demum Dominus significabât. Quorsum autem hoc? inquires. minimè profectò quasi hæc minùs essent à Deo quàm illa: sed primùm quidem vt calumniatoribus ansam præcideret, qui obicere alioqui potuerât ipsum aliquid Christi verbis affingere: deinde verò, vt auctoritatem sui Apostolatus assereret, ac si diceret, De reliquis fateor quidem non extare Domini mandatum totidem verbis expressum, sed ego, vt ipsius Spiritu præditus Apostolus, hoc dicere non dubito, *Si 1. Cor. 7. 12 quis frater uxorē habeat, &c, ne dimittat eam.*

Alias præterea duas causas affert Am-<sup>obic. 5.</sup> brosius, nempe quòd non commodè nec ritè possit eiusmodi impari coniugio benedici, neque communes preces inter istiusmodi coniuges haberi: quod vtrunque ita esse concedo, ac propterea pessimè sibi consulere qui talia coniugia ineant. Ne-

refutatio. go tamen inde confequi licere ifta fpon-  
 falia dirimere, nifi fidelis ab infideli defe-  
 ratur, quod etiam Ambroſius non videtur  
 ſenſiſſe. Et hæ quidem præcipuæ ſunt eo-  
 rum Patrum, ac præſertim Auguſtini, ra-  
 tiones, quibus adducti ſunt vt fideli ab in-  
 fideli diſcedere liceret. Sed non eſt, opi-  
 nor, cur eis hac in re aſſentiamur.

Nunc verò Synodorum etiam hac de re  
 ſententiam ad verbi Dei normam exigamus. Veteres igitur Synodos maximè pro-  
 bo, vt quæ ſeparationis non meminerint,  
 ſed duntaxat eiufmodi coniunctionem cõ-  
 demnent, vt quæ abſque Eccleſiæ iuſto of-  
 fendiculo, atque adeò abſque alterius par-  
 tis inſigni periculo non contrahatur, quod  
 fanè non modò rationi, verùm etiam ipſi  
 Apoſtolicæ doctrinæ conſentaneum eſt.  
 Imò & illa moderatio quam adiiciunt, æ-  
 quiſſima eſt: nempe, vt liberos dare quidẽ  
 nuptum non liceat, ſed accipere potiùs ſi  
 futuros ſeſe Chriſtianos profiteantur.

Recentior autem Synodus ſexta Con-  
 ſtantinopolitana, circiter annum Domini  
 680. duo conſtituit. Vnum, vt ſi Orthodo-  
 xus hæreticã duxerit, vel hæretica orthodo-  
 xo nupſerit, irritæ ſint nuptiæ, & nefarium  
 coniugium diſſoluatur, atque adeò qui ta-  
 le quippiã commiſerit, ſegregetur: alterũ,

vt ſi

Synodorũ  
 ſententia.  
 Laod. can.  
 10. & 31.  
 Chal. 14.  
 Carthag.  
 24.

Sextæ Sy-  
 nodi can.  
 72.  
 Obiect. 6.

vt si ex duobus infidelibus (legitimè tamen coniunctis) vnus quidè fiat orthodoxus, alter verò in errore permaneat, modò fideli placeat cum infideli cohabitare, non separantur. Quid si verò fideli coniunctio non placeat? nempe fiet separatio ex hoc canone, vt disertè scribit Balsamon, prolato etiam cuiusdam Basilij Buccinatoris exēplo, qui ex Patriarchali decreto fuerit post baptismum à sua infideli vxore separatus. At ego non possum huic Synodo assentiri, cùm sine distinctione loquatur Apostolus prohibens fideli discedere ab infideli, & fidelem fratrem aut sororem tum demum liberans quum prior discedit infidelis. Itaque verbo Dei repugnāt hoc decretum in eo etiam Apostoli verba manifestè deprauans, quòd quum scripserit Paulus, *Si infidelis consentiat habitare cum fideli*, isti scribunt, *Si fideli placeat cum infideli cohabitare*: ac proinde falsarii hac in re deprehenduntur, quum ista duo sint prorsus diuersa, contrā quàm Balsamō credidit, interpret certè nec acutus, nec in plerisque diligens. At ecce recens illud & adhuc calens conciliabulū Oecumenicū Tridentinū fortasse controuersia istā dirimet. Sic enim decernit: *Si quis dixerit propter haresim dissolui posse matrimonii vinculū, anathema sit*. Fulmē certè terrificū, nisi plus satis not<sup>o</sup> esset

Refutatio  
I

2

Tridentini concilii  
sententia  
expensa.  
Tridentin.  
conc. sess.  
24. can. 5.

Tarpeius ille Iupiter : placet enim *παρέρχουε* nonnihil commemorare , quod non est ab hoc nostro instituto prorsus alienum. Vibratum fuit fuliginosum hoc fulmen Tri-dētinum anno Domini 1563. illis ipsis Bacchanalibus quæ Martinalia vocant , bonis Patribus nimirum edicto illo de pace, quo ciuile bellum Gallicum aliquot antè mensibus sopitum erat , non minùs quàm val-lis Tellinæ vino inflammatis , ac proinde cum illa sua splendida bile temerè in se-ipsos anathemata iaculantibus. Seipsum enim profectò feriunt , ebriorù instar , quū sic loquuntur. Sed nequis fallatur, fiunt ista per ludum & iocum. Etenim anno vno & altero præcedente Satanissimus ille ipse Pater , Pius III. missò in Galliam legato Ferrariensi Cardinali qui præclara Tur-nonij cœpta perficeret , hoc vnum agebat in primis destruendo Ecclesiarum Galli-carum aedificio, vt primum à Gallorù Re-ge ipsiusque fratribus pueris principem, partim quidem cōmentitij Sardinia regni proposita imagine , ludificaretur , partim vero promissò cum præstantissima heroi-na ac regina, sed parum illi grata coniuge, diuortio, vnà cum regni alterius omnium-que ipsius bonorum , quasi hæretica esset, in ipsum transferendo dominio , addita e-

tiam



tiam alterius statim ducendæ reginæ participatione, ad suas partes traduceret. Hæc enim fuerunt tria illa retia quibus princeps ille, alioqui minimè malus, quorundã fraude ita miserè fuit circumuentus, summo cum bonorum omnium luctu, & maximo Gallici regni detrimẽto, vt tandem pro tribus regnis imaginariis stipendium illud vnum nimis verè sit nactus quod solet Romana meretrix amasiis suis persolueret, mortem nimirum quæ & ipsa est peccati merces. Itaque vno ferè eodẽmque tempore Papa quidem ipse, ob hæresim scilicet, reginam illam à suo marito dirimere iniquissimo diuortio tentabat, ipsius autem emissarij anathemata in eos ipsos crepabant qui tale quicquam fieri posse dicerent: fortassis vt par pari referrent sextæ illi eidem Synodo quæ Romanam ecclesiam alio canone non minùs iustè quàm seuerè reprehendit. Sed ad rem redeo. Tridentina hæc anathemata temerè in omnes de re quauis dissentientes vibrata, non est quòd quenquam magnopere commoueant. Verùm, quod ad rem ipsam attinet, fateor mihi probari illorum sententiam, vt cum verbo Dci congruentem, nempe propter hæresim dirimi sponsalia, nedum coniugia, non debere. Quidni enim inter tot errorum portenta,

Sextæ Synodi can. 13.

hoc rectè dictum bonis illis Patribus exciderit, quū & ipsa dæmonia Iesum esse Christum Dei ( ita vt erat ) verè pronuntiarint? Sed tamen sic quoque fortasse plusculum ipsis tribuo quàm deceat. Quid si enim nouam aliquam hæreseos definitionem excogitent? quid si vinculum matrimonij à iure thori distinguant, vt se non aliud sentire quàm suos maiores doceant? Agè igitur illos mittamus, donec suam sententiam, si videbitur, plenius explicent.

Vxor infidelis ab infideli repudiata, an ab eodem post baptismū repetēda. c. 2. 28. q. 1.

Nunc ad Canonicos nostros Rhapsodos venio. Gratianus hac de re disputans citat Eutychiani Papæ decretum, quo constituitur, vt *si quis gentilis gentilem uxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum sit in ipsius potestate eam habere vel non habere.* Hoc verò decretum glossator de certa tantum specie intelligit, nēpe si propter adulterium sit factum diuortium: idque rectè. Nā alioqui vniuersaliter de quouis diuortio intellectum, iniquissimum esset: si quidem hominis est ad Christianismum accēditis, veram resipiscētiā testari, ac proinde non rectè facta, siquidem adhuc est integrum, corrigere. Ergo si iure poli (vt loquuntur) non potuit qui tum gentilis erat, siue spōsam siue uxorem suam reiicere, eoque postea Christiano factō res adhuc est integra:

integra: certè non minùs tenetur quantum in se est eam quam iniuste ciecit recipere, quàm aliquid furto ablatum restituere: nec aliter ad Christianismi professionem admitti debet, quàm vel id fecerit, vel se facturum seriò sponderit. Res autem tunc est integra quum neque illa alteri nupsit, neque ipse aliam duxit. Tunc enim quod factum est infectum fieri non potest, vt cautum est Dei verbo. Quòd Jerem. 3. 1. si vxor adhuc gentilis maritum à quo reuocatur, audire noluerit, vel contrà, tunc sanè statuendum crit quod ait Apostolus, nempe desertam personam ei à quo desertata est amplius non adstringi, quod idem Eutythianus rectè sequente canone ex Apostoli sententia decernit.

Describit eodem loco Gratianus (sed Obiectio non satis bona fide omnia, vt apparet ex 7. c. 4. 5. 6. 8. eo quod depromit ex libro de fide & operibus) aliquot ex Augustino desumpta 9. Ibidem. testimonia, quorum hæc summa est, licere fidei discedere ab infideli, quanuis qui spe lucrificandi infidelis non discedit, rectiùs faciat. Sed hanc sententiam modò miti- Refutatio gat, modò durissimè pronuntiat Augusti- 1. nus, non satis profectò sibi hac in re constans, vt qui interdum addat conditionem,

putà si fidelis cogatur ab infideli ad idololatriam: interdū verò in genere, & quidem adhibita graui comminatione, iubeat maritum discedere ab ea quæ simulachrum facit, & admonita pœnitentiam non agit: *Sin minus*, inquit, *& tu particeps eris peccati illius*: nonnunquam autem longiùs etiam excurrat, adeò vt eo Christi verbo ex quo propter fornicationem diuortium conceditur, velit præter adulterium, non modò idololatriam, verùm etiam auaritiam, atq; adeò quasilibet concupiscentias intelligi, *quæ animam corpore male utentem*, inquit, *à lege Dei aberrare faciunt*. Atqui nihil tale dicit Apostolus, nec vsquam cōcedit fideli ab infideli discedere, sed tātùm dicit fidellem desertione infidelis à seruitute siue obligatione matrimonij absolui. Imò in genere pronuntians Dominus, non licere marito vxorem extra fornicationis causam dimittere, nullū dubitationi locum relinquit. At enim fornicationis crimen etiam idololatriam comprehendit, auaritia verò vocatur idololatria. Concedo sanè hoc vtrunque, sed quàm latè nomen scortationis & idololatriæ accipiatur, nunc nō quæritur. Illud potiùs quæritur, an illo Christi dicto spiritualis quoque scortatio, id est, idololatria comprehendatur: quod ne verisimile

risimile quidem est, quum ibi non agatur de vero Dei cultu cum adulterino comparando, sed de coniugio carnis vel soluendo vel non dissoluendo, vt planè nullus ibi sit locus metaphorico adulterio, ac multò minùs de auaritia & eiusmodi cupiditatibus disputandi.

Citat idem Gratianus ex Concilio Toletano IIII. Canonem 62. quo dirimitur Iudæi cum Christiana muliere cõnubium, nisi & ipse velit Christianus effici: quod etsi conatur excusare glossator, tamen quum ex diametro repugnet Apostoli sententiæ, ne refutatione quidem eget.

Obiectio  
8.  
c. 10. 28. q.  
1.  
Refutatio.

Sed quod idem ex Concilio nescio quo Vrbanensi profert, nèpe vt siue Christiana Iudæo, siue Christiano Iudæa misceatur, à communionẽ Ecclesiæ segregetur, id verò æquissimum censeo. Quòd si præterea civilis magistratus in eiusmodi apostatas ita vt æquum est animaduertit, expeditissimus hic modus fuerit eiusmodi controuersias semel definiendi.

c. 17. 28. q.

Profert idem Gratianus locum, non ex Gregorio vt habent impressi codices, sed ex Ambrosio, quem suis distinctionibus pessimè, vt & multa alia, deprauat. Tradit enim apertè & simpliciter ac sine distinctione Ambrosius cum Apostolo, fidelem

Obiectio  
9.  
c. 2. 28. q. 2.  
Ambrosius  
1. Cor. 7.  
Refutatio  
1.

desertum ab infideli non peccare si sese alij coniunxerit, *Quoniam, inquit, contumelia creatoris soluit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur, infidelis autem discedens, & in Deum peccat & in matrimonium.* Quid autem Gratianus? primùm quidem non vult hoc valere nisi in coniugio inter vtranque adhuc infidelem personam inito. Deinde vtitur istis distinctionibus: Altero ad fidem conuerso, si vult discedere infidelis, tunc fidelis à vinculo matrimonij solutus aliam quoque potest ducere: sin verò infidelis nihilominus permanet in cōiugio, fideli quidem relinquere infidelem etiam permanentem licet, at ei non licet viuente infideli, aliam superinducere. Postea descendit Gratianus ad aliam speciem. Quid si enim vel inter vtrunque fidelem contracto matrimonio, vel vtroque aut altero post contractum matrimonium ad fidem conuerso, alter postea à fide discedat, & fidei odio fidelem deserat? *Tum verò, inquit, derelictus discedentem non sequetur, illa tamen viuente alteram ducere non poterit.* Fundamentum autem omnium istorum, quæ & falsò & ineptè dicuntur, boni Pontifices Romani iecerunt, quod cuiusmodi sit agè etiam videamus. Etsi enim ista non tam ad repudia quàm ad diuortia spectant, tamen placet

cet in ea iam nunc inquirere, vt alteram tractationem eò paucioribus absoluamus.

Constituunt quædam esse matrimonia legitima & non rata: quædam rata & legitima: quædam denique rata, nec tamen legitima. Legitima vocant, quæ ex legum præscripto vel prouinciæ moribus contrahuntur: quorum vinculum solui nullo modo nisi morte potest. Itaque legitima nec tamen rata esse volunt, quæ inter infideles ineuntur, quoniam videlicet inter eos non sunt firma & fixa, vtpote quæ repudio vel diuortio facilè dissoluantur: legitima verò & rata, quæ inter fideles ita vt in Ecclesia decet contrahuntur: rata denique, id est, fixa & immutabilia, nec tamen legitima, quæ solo coniugum affectu contrahuntur, neglecto Ecclesiæ ordine. Ad hæc verò primùm respondeo, siue rem ipsam, siue istorum vocabulorum vsum legitimum & ratum spectemus, ineptum esse istud tam magnum inter legitimum & ratum discrimen, quoniam iniquissimum est vel id ratum non habere quod sit legitimum, vel ratum id habere quod sit illegitimum. Quòd si excipiant hoc discrimen idcirco poni quòd legibus humanis quædam liceant quæ tamen verbum Dei prohibeat, ac proinde iure poli (vt ipsi

c. quanto,  
Extrà, de  
diuortiiis.

loquuntur) rata nō sint: respondeo ita quidem esse, sed hoc nihil ad rem pertinere, quoniam de solo iure poli quæri ab iis oportet qui conscientias regunt: ex quo efficitur vocanda potiùs ab ipsis fuisse illegitima (etsi alia aliis minùs legitima sint) quæcunque contra verbum Dei fierent. Sed ne videamur λογισμαζήν, agè de re ipsa dicamus. Cōiugium inter infideles ex legibus etiam iustissimis contractum, aiunt legitimū quidem esse, ratum verò non item. Sed quorsum id, quum vel ipsis confitentibus, iudicium de extraneis nō ad nos, sed ad ipsum Dominum spectet? Aperiamus ergo μυσήθειον. Volunt hucusque hoc extēdi, vt etiam si alter postea ad veram religionem cōuertatur, tamen quod ad infidelem attinet, de matrimonio iudicetur ex eius tēporis circumstantia quo contractum fuit, quum videlicet vterque erat infidelis, & hanc causam esse arbitrantur cur discedēte infideli possit fidelis aliam etiam ducere, quia videlicet matrimonium inter infideles non sit ratum. Sed si ita est, cur non itidem volunt licere aliam etiam ducere, si, qui fidelis factus est, infidelem volentem cohabitare dimittat, quum ipsi fas hoc esse arbitrentur, illud vero non item? Semper enim inter infideles fuerit cōtractum non ratum  
 matri-



matrimonium, siue infideles manserint, siue alter postea fidelis fiat. Respondebunt nimirũ, quanuis quum contraheretur inter vtrũque infidelem matrimonium, neutrius respectu ratũ esset, tamen posteaquam alter factus est fidelis, ratum hoc esse incipere, quod ad ipsum fidelem attinet. Sed si hoc verè sentiunt, quĩ fit vt fidelis cum infideli matrimonium dirimendum pronuntient? Nam si matrimonium infidelis cum infideli ratum esse incipit, ex quo qui infidelis erat, ad fidem conuersus est, ideóque si prior discedat aliam tamen ducere non potest: multò sanè magis dicendum fuerit, si iam fidelis aliquis infidelem ducat, ratam & indissolubilem esse istam cõiunctionem oportere, quod ad fidelem attinet. At ipsi non modò nõ ratam, sed prorsus etiam intolerabilem eam coniunctionem esse volunt, vt suprà diximus: quam sanè ipsis assentior, vt suo loco dixi, & bona cõscientia contrahi non posse, & pœnam tum Ecclesiasticam tũ ciuilem vel grauissimam mereri, sed dirimendam esse nisi prior discesserit infidelis, multò minùs etiam arbitror quàm si vterque adhuc infidelis hoc coniugium contraxisset. Non sunt igitur inter se satis consentanea quæ isti constituunt, neq; fidelis ab infideli desertus idcirco liber est,

vt ad aliud coniugium transire possit, quòd suapte natura non esset ratum matrimonium: sed potiùs quoniam infideli datam fidem frangente, iniquum est fidelem luerre alieni criminis pœnam, vt pleniùs in tractatione de Diuortiiis (Deo fauente) explicabimus, ad ea quoque responsuri quæ in contrariam sententiam hac de re ab In-

**c. quanto.** nocentio III. scribuntur. Ex eo verò quòd  
**9. Nec ob-** rata matrimonia vsque adeò rata esse vo-  
**star, Extrà,** lunt vt eorū vinculū sola morte solui pos-  
**de diuor-** sit (quãuis ne morte quidem solui somnia-  
**tiis.** runt repetitarum nuptiarū sugillatores) hic

**Fideli ad** etiam error natus est, quòd fideli ad infide-  
**infidelira-** litatem desciscēte, & alteram fidelem per-  
**tem desciscē-** sonam deserente, plenè liberatum fidelem  
**scēte, &** non putant, manente videlicet cōiugij vin-  
**fidelē de-** culo, quod impediatur quominus fidelis ab  
**serente an** apostata desertus aliã possit ducere, quod  
**solutus sit** tamen ipsi liceret si à simpliciter infideli  
**fidelis.** desereretur. Hoc vero quàm sit iniquū ne-

**Refutatio** mo nō videt, opinor, quum par & in hac &  
**3.** in illa specie sit desertio: & apostatæ deser-  
 tori minùs etiam quàm cuiuspiam veram re-  
 ligionem nunquam amplexo sit indulgen-  
**1. Cor. 7. 12.** dum. Certè Paulus, cuius auctoritati stan-  
**& 15.** dum nobis est, et si de matrimoniis iam cō-  
 tractis agit, tamen in genere loquitur de fi-  
 deli quem infidelis deseruerit, nullo factò discri-

discrimine eòne tempore quo initum fuit coniugium vterque esset infidelis, an verò alter tantùm: neq; etiam eũ qui nunquam alius quàm infidelis fuerit ab apostata discernens. Præterea verba illa, *Quoniam videlicet ad pacem vocavit nos Dominus*, quoquo modo explicentur, magis etiam videntur in apostatam dici quàm in quempiam qui verã religionem nunquã sit professus. Sed de his plus satis hoc quidem loco, in quo coacti etiam sumus quædam admiscere quæ ad coniugia consummata potius quàm ad sponsalia spectant. Horũ autem omnium hæc summa est. Fidelis cum infideli sponsalia prorsus quidem esse dissuadenda & legibus etiam civilibus interdicens ac graviter vindicanda: sed si fortè contracta fuerint, siue ab initio vterque fuerit infidelis, siue alter tantùm: siue quũ vterque esset infidelis, alter postea factus sit fidelis, siue quum vterque fidelis esset, alter postea factus sit infidelis, putà Iudæus aut Mahumetanus, aut ex eorum hæreticorũ genere qui fundamentũ pietatis abnegãt: eiusmodi, inquam, spõsalia, si nihil aliud obstet, omnino firma & immutabilia permanere, quandiu infidelis consentit in coniugis officiũ. Quòd si infidelis fidelẽ deserat, tunc penitus liberũ esse fratrem aut fororẽ à sponsaliũ obligatione. Quãdo verò

Conclusio  
disputatio  
nis de im-  
pari con-  
iugio.

defertus fidelis dici possit, & an ipso iure, an autem iudicio priùs interueniente solutum sit vinculum in altera tractatione de diuortiis explicabitur.

De absen-  
tia sponsi  
vel sponsæ  
interue-  
niente.

Quid si verò absentia alterius impediatur quominus re ipsa compleri possit coniu-  
gium? Respondeo quærendum esse de ab-  
sentia, quoniam aut inuitus abest aliquis,  
aut volens. Si volens abest, quærendū rūr-  
sus quo animo discesserit, quandiu abfue-  
rit, & si quas non reuertendi causas habeat.  
Utimur ergo in hac Ecclesia hoc iure  
quod mihi quidem æquissimum videtur.  
Si sponsus conscia sponsa, & honestam ob  
causam ante cōsummatum matrimonium  
peregrè profectus, annum integrum, quã-  
uis officii admonitus, volens abfuerit, pe-  
tenti sponsæ, trina per sesquimenssem præ-  
eunte publica denuntiatione tum in Ec-  
clesiastico cœtu tum coram ordinario Ma-  
gistratu, fas est diremptis sponsalibus a-  
lium maritum accipere: nisi fortè compa-  
ruerit, tum enim auditur, & nisi iustam re-  
pudij causam probarit, ad præstandam fi-  
dem auctoritate Magistratus compellitur.  
Sin verò sponsa, conscio itidem sponso,  
peregrè profecta fuerit, idem ius seruatur,  
eo duntaxat excepto, quòd vir annum in-  
tegrum expectare non cogitur, nisi fortè  
ex eius

ex eius voluntate id genus negotij gerendum illa susceperit quod illam diutius abesse cogat. Quòd si sponsus vel sponsa malo animo & fallendi causa discessisse comperiat, datur in primis opera modis omnibus vt officij admoneatur. Quod vbi ritè factum, aut saltem (quoad eius fieri potuit) tentatum fuisse constiterit, nec tamen is in quem agitur, comparuerit, post trinam, vt antea, denuntiationem, idem in absentem vt desertorem decernitur. Quin etiam illud cautum est, vt si cuius fraude aliò ablegatum sponsum aut sponsam cõstiterit, is grauitè alioqui mulctandus absentem quærere & sistere teneatur: quod onus etiam tutoribus & curatoribus imponitur: in quorum fuerint potestate.

At verò quid si alter abfuerit inuitus & nullo suo dolo, putà vel quòd sit captiuus, aut alioqui vi aut morbo detentus, aut exilio siue deportatione mulctatus, aut iusto metu deterritus? Tum sanè vel eò, quoad eius fieri potest, proficisci tenetur qui sponsalium impletionè desiderat, vel saltem eius reditum quantumuis diuturnum tolerare, aut certum de morte nuntium patienter expectare. Nec enim censeri potest desertor qui inuitus abest, & ita rectè iam olim decretum est, adeò vt si quæ ar-

bitrata maritum in captiuitate mortuum, alteri nupserit, marito postea reuerso sit restituenda. Imò & in sponsalibus in futurum tempus conceptis (cuiusmodi sunt il-

1. 2. C. de  
repud.

c. de illis  
Extrâ, de  
sponsal.

la de quibus in Iure Ciuili cauetur) id seruabatur, vt peregrinante sponso, trienniũ prius expectaretur quàm sponsa nouas nuptias iniret, quanquã Canonici postea nullum tempus videntur præfixisse: in eo certè multò minùs religiosi quàm Caius Iurisconsultus, cuius hæc verba sunt: *Sæpe iusta & necessaria cause non solum annum vel biennium, sed etiam triennium & quadriennium & ulterius trahunt sponsalia, veluti valetudo sponsi sponsæve, vel mortes parentum, aut capitalia crimina, aut longiores peregrinationes quæ ex necessitate fiunt.* Sed de captiuitate aliisque absentia speciebibus aliquid etiam in altero tractatu dicemus.

Aliæ inutiliũ apud Iurisconsultos nuptiarum species.

Cæterùm quædam alia inutilium apud Iurisconsultos nuptiarum, ac proinde sponsalium genera libens prætermitto, veluti sponsalia siue nuptiæ cum peregrinis, cum ancillis, inter tutorẽ & pupillã, inter curatorẽ & adultã, inter masculos & fœminas maiores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis, inter ingenuum & libertinam, inter patricium & plebeiam, inter quacũq; potestate præditos & eorundẽ iurisdictioni subie-

ni subiectos, quæ partim ipsis Imperatorū legibus postea sublata sunt, partim contrariis moribus ipsóque tēporis successu exoleuerunt, partim etiam à Canonicis sunt abrogata: quorum tamen audaciã in eo improbo quòd intra suæ iurisdictionis fines non permanferint, quum eorū munus dūtaxat fuerit quid in conscientiæ foro fas aut nefas esset pronuntiare. Neq; id verò detertere debet pios & æquos Magistratus, quin ea in vsum reuocent quæ optimis & perpetuis rationibus sunt constituta, veluti interdictū nuptiarum inter tutorē & puppillam, inter curatorem & adultam, deniq; inter nimiū inæqualis ætatis ciues, & si quæ sunt eiusmodi: contra quæ tamen interdicta si fortè sponsalia contrahantur, & rogitet aliquis an existimē dirimēda, respondeo mihi non videri dirimēda, sed vel alias potius pœnas ciuiles imponendas, quibus etiam Ecclesiasticã censurã ob violatã legum ciuiliū auctoritatē adiungi par est: vel qui hoc admittant dignos esse qui aliò ablegentur, ne saltem exēplo peccent. Cur autē ita sentiã, plenius (faucnte Deo) disseremus in altera tractatione, quū de Magistratuū in ferendis cōnubialibus legibus auctoritate disseremus.

Solent autē præter illas causas, etiã alias duas recensere, nempe votum continen-

De votius  
continētia

tix, & spiritualement affinitatem, de quibus etiam aliquid nobis dicendum videtur. Ac de voto quidem etsi à nobis abundè dictū est superiore tractatione de Polygamia, iterū tamen respōdeo, etiā si concederem nobis nunc quoque, vt olim sub Lege, integrum esse quippiam Deo vouere, non tamen consequi licere quiduis vouere, aut necessariā esse cuiusuis voti præstationem, quum (vt Ambrosius scribit) officium sit interdum à iurciurando ipso recedere. I-

Votū con-  
tinentiæ  
quamobrē  
& quate-  
nus illicitum.

stud autem continentiæ votum sic demō-  
stro nec iure posse concipi, nec si conce-  
peris, necessariò præstari, nempe quo-  
niam & illicitum est, & ἀδύνατον: nemo au-  
tem vel ad illicita vel ad ea quæ fieri non  
possunt obligatur. Illicitorum enim duas  
species constituo: vnā, eorum quibus res  
per se nefariæ vouentur, cuiusmodi fuit

Act. 23. 11.

votum aduersus Paulum factum, ac etiam  
quod vouit Iephte: cuiusmodi quoque sunt  
idololatrarum vota, ac superstitionum  
etiam pleraque: alteram, eorum quæ non  
ἀπὸ τῶς, sed κατὰ τὴν, id est, certam quandam  
ob causam non licent, veluti quòd vouen-  
tis vocationi repugnent. Est autem voca-  
tio quædam vniuersalis, ad quam statueret  
debent omnes fideles se vocatos esse, nē-  
pe ad vitam æternam, ad fidem & omnes  
fructus



fructus Spiritus: & hanc vocationem oportet singulos perpetuis precibus fouere, quæ irritæ esse non possunt, quoniam à certo testimonio Dei nos vocantis proficiscuntur. Sed quædam præterea sunt vocationes particulares, de quibus temerè nobis constituendum non est, nisi sponte decipi volumus. Pro vocationis autem ratione dona distribuuntur ad illam obeundam necessaria, quoniam alioqui nobis Deus illuderet. Continentiæ verò donum particulare esse liquet ex ipsa experientia, & istis Christi verbis, *Non omnibus datum est: qui potest capere, capiat: & ex hoc Apostoli dicto, Velim vos omnes esse ut ego sum. Vnusquisque autem proprium donum habet à Deo.* Sic igitur colligo: Quum donum continentiam sit particulare, non possumus licitè vouere continentiam, nisi sciamus eam nobis esse datam: imò etiam, si data nobis esset, aliud propterea etiam requireretur, nempe, ut si votum istud continentiam perpetuum esse velimus, etiam in perpetuum eam nobis datam esse sciamus. Vocatio autem ista particularis ad continentiam intelligitur ex interrogatione tentationis (ut loquitur Augustinus) putà si non vrimur, id est, si non ita premimur ut succumbamus, & conscientia nostra turbetur. Item si ad cum

Mat. 19. 11.

1. Cor. 7. 7.

August. de sancta virginitate,

cap 4

vitæ statum vocauerit nos Dominus, qui coniugium nullo modo ferat: vel si coniugio implicitis ea impedimēta obiciat, quæ quominus illo uti possimus prorsus impediant. Ex istis, inquam, colligere potest aliquis se ad continentiam vocari, idcōque ex fide Deum precari potest ac debet, ut in continentia dono cōfirmetur: perpetuum tamen fore illud donum, ne tunc quidem constituere potest. Itaque eiusmodi perpetua, imò ad certum tempus præstituta continentia votum quum fieri non possit ex fide, (vbi enim verbum non est, ne fides quidem est) peccatum sit oportet. Nam quod nonnulli excipiunt, eos qui ad Ecclesiasticos ordines vocantur, ad continentiam vocari, falsum est, sicut ex Apostolorum & totius veteris Ecclesie, ipsiusque ad cō Nicænae Synodi auctoritate suo loco declarauimus. Sed & alia ratione eiusmodi votum illicitum esse ex eo consequitur, quod qui vritur habet contrahendi coniugij præceptum, ac proinde vouēdo fecit contra Legem: id quod ex ipsa experiētia serò intelligit qui antè vstionem temerè vouit: quum non nisi transgrediēdo Dei Legem possit à coniugio postea abstinere. Qui verò cœlibatum vouit sese iam incontinentem expertus, magis etiam est reprehendendus, ut

qui

qui se ad matrimonium vocari ex vstitutione nosse debuerit. Postremò si illicitè vouet filia quæ de parentum, vxor quæ de mariti voluntate priùs non est certior facta (vt difertè declarat Moses, nec ipsi saniores votorù defensores, saltem quod ad maritum & vxorem attinet, audent inficiari) quantò magis irritum est eius votù qui priusquam cognouerit an hæc sit Dei voluntas, vt perpetuò viuat ἀγαμος, eiusmodi necessitatem sibi imponit? Ex his autem omnibus non illud effici volo, illicitù esse perpetuò continere, sed illicitù esse perpetuæ cōtinentiæ votum. Iam verò etiam ἀδύνατον esse absq; peculiari dono Dei, quod sibi nemo in perpetuum possit polliceri, ex eo probo, quòd communi ordini naturæ penitus repugnet, quem vnus Deus extra ordinem agens, prout libuit, immutat. Nam certè appetitio mutuæ coniunçtionis non est voluntaria, sed naturalis. Itaque si naturam ipsam, non dico quatenus corrupta, sed quatenus natura est, spectemus, ( sicut hîc nobis omnino faciendù est) non magis est in quoquam positum vt illa appetitione careat, (nisi aliunde ipsa natura impediatur: veluti si impedierit ætas, si valetudo vires naturæ infregerit, aut aliquid eiusmodi inciderit ) quàm vt non esuriat vel non sitiat.

Num. 30.

Votù cōtinentiæ esse ἀδύνατον.

Quòd si quis excipiat, etiam si appetitio ista non sit in nostra potestate, tamen illam posse intra modum contineri, rursus (excepta peculiari gratia de qua qui certus nō est, meritò præsumitur τὸ ἀδύνατον vouere) tam falsum hoc esse affirmo, quàm si quis diceret in nobis situm esse, intra modum esurire vel sitire. Neq; tamen nego sobrietate, ieiunio, precibus, & iis quæ cum istis cohærent istam ἀταξίαν aliquatenus coerceri, (nequis fortè arbitretur istam σωματικὴν γυμνασίαν, quam postea maluerunt ἀσκησιν vocare, à nobis vt inutilem repudiari, quam Apostolus ipse vsurparit, & nemo Christianus pro suo modulo negligit, nedum vt in quædam claustra scilicet relegetur) sed hoc dico quod vel experientia ipsa comprobatur, naturam ipsam videlicet vt furca expellatur, tamen recurrere, & quidem multò ardentius: & quicumque non habent perpetuæ continentiæ donum (quínam autem habeant, magis post vltimam victoriam quàm inter certandum cognoscitur) cœlibatum perpetuum vouēdo planè θεομαχεῖν, & nihil aliud quàm suam ipsorum perniciem vouere. Quòd si quis præterea excipiat, in nostra saltem potestate situm esse, cupiditatem hanc immoderatam (nam de vstione, id est, superante appetitione loqui-

loquimur) re ipsa non explere: respondeo Pelagiana esse hæc dogmata, non Christiana. Certè, vt hoc concederem, minimè tamen consequeretur præstari ab eiusmodi hominibus continentiaè votum, quia qui animo incontinens est (cuiusmodi sunt quicumque vruntur) etiam si re ipsa non exequatur quod concupiscit, continens tamen coram Deo dici nec potest, nec debet. Superest ergo vt ad peculiare donum confugiatur, & pro eius modo quisque liberè, non ex voto, continentiaè se dedat: quod & ipse Gelasius Papa faciendum in viduis etiam professis monuit. Nec sanè aliter iudicarunt (huc eos adigete ipsa veritate) vel maximi assertores istius votiui cœlibatus, in eo tamen ab istis dissentientes qui cœlibatum ita mordicus defenderunt vt nihil aliud quàm coniugij vinculum exosum sibi fuisse plus satis ostèderint, & totum orbem in Sodomam & Gomorrham transformarint. Sic enim Athanasius ad Dracontium,

*Multi ex Episcopis matrimonia non inierunt, monachi contra parentes liberorum facti sunt: quemadmodum vicissim Episcopos filiorum patres, & monachos generis potestatem non quæsisse animaduertas: & clericos bibisse, & monachos ieiunasse. Sic enim licet, & ad eum modum non prohibebitur, sed quisque ubi volet*

k. iij.

Patrū sententiaè de ipso cōtinentiaè voto rescindēdo in casu necessitatis. Decret. Gelasius c. 23. Gelasius.

Athanasius.

Hieronymus.

*decertet.* Et Hieronymus ipse ad Demetriadem, quum de impudicis virginibus egisset (agit autem de sacris, & proculdubio velatis ipsius Demetriadis comitibus, ut candidè fatetur ipse Espensæus.) *Quibus, inquit, apertè dicendum est, ut aut nubant, si se non possunt continere, aut contineant si nolunt nubere.*

Epiphanius.

Et ad Eustochium, *Si qua, inquit, simulat, fugiens seruitutem, huic aperitè Apostolum lege, Melius est nubere quàm uri.* Et Epiphanius, *Melius, inquit, κείμα quàm χυτάκειμα subire.* Et mox, *Melius unum peccatum habere, non plura: melius à cursu lapsam palam sibi uxorem sumere iuxta Legem, a virginitate diu pœnitentiam agere, & sic rursus ad Ecclesiam induci, veluti malè operatum, lapsam, fractum, obligatione indigētem, & non quotidie occultis iaculis sauciari ab improbitate quam*

Cyprianus.

*infert diabolus.* Et Cyprianus illis antiquior, *Si se, inquit, ex fide Christo dicauerūt, (quàm autem in hac re sanctus alioqui martyr hallucinetur paulò antè ostendimus) pudicæ & castæ sine vlla fabula perseverēt: si autem perseverare NOLUNT VEL NON POSSUNT, melius est ut nubant quàm in ignem suis deliciis cadant.*

Obiectio  
1.

Habemus igitur quæ horū etiam fuerit de voti vinculo sentētia, quam tamen paucis placet explicare quomodo conentur

non-

nonnulli eludere. Plurima, inquit, fas est per publicam auctoritatem admittere, quæ priuato iudicio suscipi absque nefario scelere nequeant. Sed quorsum hoc, obsecro? Refutatio  
 Neq; enim quomodo, sed an sit hoc agendum quæritur. Quod si, ut isti volūt, illicita 1  
 sunt eiusmodi coniugia, neque dūtaxat pro adulteriis, verū etiam pro sacrilegiis habenda, quā tandem illa poterit Episcopus cōcedere? an sicut Moses libellū diuortij concessit? atqui eiusmodi diuortium nunquam in foro cōscientiæ licuit. Agūt autem illi certè de conscientia, quorū verba citauimus. Sed ista, inquit, de nō velatis virginibus intelligenda sunt. Imò verò vnde hoc colligunt, quum Cyprianum cōstet de ipso virginum cœtu loqui quæ se fide data Deo dicauerant: quod est etiam in Hieronymo & Epiphaniō apertius? Quid plura? 2  
 Synodus Chalcedonensis, quanuis & ipsa iam fascinata istius voti opinione, excommunicationis duntaxat meminit, nō autem separandi matrimonij, cuius moris interpretatio ex citato Epiphaniij loco petenda est. Sponsalia igitur propter præcedens votum irrita non esse concludimus. Quòd si votum subsequatur, aut etiam matrimoniū consummetur, quid tum statuēdum sit, suo loco dicemus. 2  
Concil.  
Chalced.  
can.16.

De spiri-  
tuali affi-  
nitate.

Tertul.de  
Baptismo.

August. e.  
pist. 23.

De conse-  
crat. dist.  
4. In cate-  
chismo.

Superest affinitas seu cognatio illa spi-  
ritualis, quam vocāt, cuius etiam vinculum  
alij aliis fortiùs adstrinxerūt. Istum autem  
morem adhibendi sponsores siue suscepto-  
res, apparet ex Tertulliano perantiquum  
esse, sic nimirum vocatos, quòd fidem &  
piam educationem eius infantis qui bap-  
tizabatur in se reciperent, sicut ex Augustini  
quoque ad Bonifacium epistola licet colligere.  
Higinus porrò Pontifex qui sub An-  
tonio pio vixit, nō tantum in Baptismo, sed  
etiam in Catechismo & Cōfirmatione ad-  
hibitum fuisse testatur patrinum quem vo-  
cat. Sed valde mihi suspectum est istud Hi-  
gini nomen, vel ob eam causam quòd Iusti-  
nus illi ipsi *συσχευος*, accuratè Christianorū  
in Baptismo ritus in Apologetico recen-  
sens, eius moris nō meminit. Morem istum  
igitur sponsores cuiuspiam in Baptismo ad-  
hibendi, qui & de natalibus baptizandi te-  
stetur, & sanctam eiusdem educationem  
promittat, non modò nō improbo, verum  
etiam vt laudabilem studiosè retinendum  
arbitror. Sed quòd inde quæpiam contra-  
hatur affinitatis species, & ea quidem ma-  
trimonium veluti incestuosum & in poste-  
rum impediens, & iam consummatum di-  
rimens, non modò absurdum, verum etiam  
superstitiosum est commentum, quod vix  
possit



possit meliùs quàm ex ea ratione intelligi qua potissimùm nituntur.

*Sicut, inquit, homo accipit esse natura per generationē carnalē, sic accipit esse gratia per regenerationē spiritualem. Vt igitur ex illa cōtrahitur cognatio carnalis, ita & ex ista nascitur cognatio spiritualis, qua quū sit multò dignior quàm illa, multò fortius etiā impedit cōtrahendum matrimonium, & contractū dirimit.*

Egregia certè ratio, & istis bestiis planè cōueniens quæ carnē à spiritu distinguere nō possunt. Nec enim tam ineptū argumentū arbitror alia refutatione indigere. Excogitant autem aliam quoque huiusmodi rationem. *Secundarius finis matrimonii, inquit, est dilatatio amicitia, sed sufficiens est amicitia iis inter quos spiritualis est cognatio: ergo inter eos non debet esse matrimonium.*

Atqui, boni viri, si spiritualis cognatio per matrimonium polluitur, aut eò vsque sufficit, vt nuptias reddat superuacaneas, quis nubet in Domino, quum fideles omnes sint in Christo fratres & sorores? Quis verò tales belluas vnquam existimarit ius conscientia etiam ipsis dixisse? Et tamen bonus Iustinianus siue Tribonianus hac etiam de re legem tulit. Et sexta quoque Synodus alioqui in dogmate Monothelitarum confundendo orthodoxa, istis ineptiis, vt & aliis

Vide libr. sent. 4. dist. 41. q. 2. & ibi Durād. Ratio prima eorum qui volunt spiritualē cognatione impediri atque adeò dissolui cōiugia. Refutatio.

Ratio.

Refutatio.

1. si quis a-lumnam. C. de nupt. Synod. 6. can. 53. & ibi Bals.

aliquot, suos canonas asperfit. Quæ verò  
 Ratio 3. cū sint postea super compaternitatis & con-  
 refutatio- fraternitatis cognatione exortæ cōtrouer-  
 ne. fiæ, legat apud Gratianum, Scholasticos, &  
 alios Canonicos, qui bonas horas pessimè  
 volet collocare. Adscribam tantùm hac de  
 re Canonem vnum, qui Papæ Deus-dedit  
 (per antiphrasin, opinor, sic appellato) tri-  
 buitur, vt vel ex hoc vno omnibus liqueat  
 quæ sit iampridem istius perditissimæ me-  
 retricis, cui Reges ipsi seruiunt, impuden-  
 tia. Vixit enim ille circiter annum Domini,  
 vt aiunt, 613. Sic autem rescribit Gordia-  
 no cuidam, quem etiam nouè appellat Hi-  
 c. perue- nit. 30. q. 1. spaniarum Ecclesiæ coepiscopum: *Peruenit*  
*ad nos Diaconus vester, vestrae sanctitatis e-*  
*pistolam ferens, quòd quidam viri etiam &*  
*mulieres præterito sabbatho Paschali die, (nū*  
*ergo Pascha sabbatho celebrabatur?) præ*  
 c. 10. 11. 12. *magno populorum incursum* (nam extra Paschæ  
 & deinceps. & Pentecostes festanō temerè licuit quen-  
 quam baptizare) *nescientes* (ergo etiam si  
 De cōsecr. maximè statuendum esset compaternitate  
 dist. 4. affinitatem contrahi, debuerunt isti saltem  
 c. 5. & 6. excusari, quum teste Augustino, & ipsismet  
 35. q. 2. consentientibus Pontificibus, ignorantes  
 & ab adulterio & ab ipso incestu excusen-  
 tur) *proprios filios suos suscepissent ex san-*  
*cto lamacro.* (horrendum scelus scilicet quo  
 matri-

matrimonium dirimatur: vel vsque adeò sanctum & spirituale opus, vt ferre non possit nuptialis thori fordes.) *Cupis ergo scire, si pro tali accidente ratione debeant viri & mulieres ad suum proprium usum redire, an non.* (digna nimirum quæstio quæ totum Occidentē & Orientem perturbaret: & miramur, sedētibus istis bestiis, omnia in Ecclesiis pessundata?) *Nos enim ex hoc tristitia mæsti* (quis verò non hîc misereatur optimi Pontificis de suo grege tantopere solliciti? Fuit iste scilicet illius successor, qui olim exclamauit, *Quis vestrum offenditur, & ego non uror?*) *inquisiuimus priorum Patrum nostrorum dicta.* (hypocryta: cur non ad Legem potiùs & testimoniū?) *Inuenimus autem in archiuis huius Apostolica (imò iam tū apostolicæ) sedis, iā talia contigisse in Ecclesia Isauria, & Ephesiorū, simulq; Hierosolyma, & aliarū etiam Ecclesiarū.* (Sic Episcopi consulebant alij alios: neq; etiā dubitandū est quin Ecclesia Romana propter vrbis auctoritatē, & eius Ecclesiæ vetustatē sæpissimè adiretur. At boni Pontifices, vt ex Iulij præsertim, qui mox nominatur, epistolis apparet, ita sibi ad Tyrānidē Antichristianā iter aperuerūt. Sed tā ineptos iā tū episcopos fuisse qui de istis puditissimis ineptiis laborarent, sanè p̄digiosū est.)

*Episcopis etiam earum ciuitatum volentibus scire si viri & mulieres redirent ad proprium thorum, (quasi non dixerit Christus apertè non dimittendam nisi ob adulterium vxorem) beatae memoriae sanctissimi patres, Iulius, Innocentius, & Celestinus, ( nihil tamen hac de re in ipsorum decretis legitur quibus alioqui aspersa sunt nonnulla non minùs inepta ) cum Episcoporum & sacerdotum conuentu (tum nimirum nondum exortum erat sacrum illud Cardinalium consistorium) in Ecclesia beati Apostolorum principis ( iuxta illud Christi dictum videlicet, Reges gentium dominantur eis, vos autem non sic: & illud ipsius Petri,  $\omega\rho\sigma\beta\upsilon\tau\epsilon\rho\varsigma\ \omega\delta\gamma\alpha\lambda\omega\ \acute{o}\sigma\upsilon\upsilon\omega\rho\sigma\acute{\epsilon}\upsilon\tau\epsilon\sigma\varsigma$  ) prohibentes talia, perscripserunt & confirmauerunt ut nullo modo iam in coniugio se reciperent mulieres aut viri, qui quacùq; ratione suos susceperint natos. (atqui sub Lege parentes ipsi primogenitos suos Domino offerebant, vt constare potest ex Iosephi & Mariæ exemplo ) sed separent se, ne suadente Diabolo, tale vitium peccati inoleseat per mundum, & vniuersorum error accrescat. ( Quid est verò cœlum ipsum conspuere? verbum Christi, ore suo diuertia extra crimen adulterij disertè prohibentis, apertè refigere, Diabolum denique in Filij Dei tribunali collocare, si hoc non est?*

non est? & tamen hoc idem scelus non tantum concedunt, verum etiam præcipiunt alii filij perditionis, vestigia nimirum istius sequentes, vt & iste aliorum. Quid plura? Pudit tandem ipsum Satanam tanti flagitij, adeò vt & Nicolaus alius Papa nescio quotus, & duæ Synodi, Cabilonensis videlicet & Maguntina, ( si Gratiano potius quàm Colonia excusis Conciliorum tomis credendum est ) ac multò etiam apertius Alexander tertius, istud decretum, citato etiam Dei verbo, refixerint. En igitur quomodo Papa & Synodi errare non possint. Sit autè benedictus Dominus qui Filij sui iuratos hostes, vt olim Madianitas, inter se committit. Sed agè, audiamus egregium istius Apollinis, seu potius ἀπολλύοντος oraculum. ) *Scitis quia quomodo sunt septem dona Spiritus sancti* ( vetus error absurdissimus ) *ita sunt septem dona Baptismi à primo pabulo sacrati salis*, ( opposito nimirum dulcissimæ illi prægustationi lactis & mellis, cuius superstitionis meminit Tertulianus ) *& ingressus sanctæ Ecclesiæ, usque ad confirmationem Spiritus sancti per chrisma.* ( quis verò vos istam arithmeticen docuit, hypocritæ? nempe & avaritiæ & erroris spiritus, quum nihil ne istorum quidem nisi accepta pecunia largiamini, & septem  
istis

c. 4. 5. 6. 7.  
 Extrà, de  
 cognatio-  
 spirit. c. 2.  
 30. q. 2.  
 c. 3. 4. 5. 6.  
 30. q. 1  
 Cabilon.  
 Synodi sub  
 Carolo Ma-  
 gno can. 31.  
 c. 2. Extrà,  
 de cognat.  
 spirituali.  
 Magunt.  
 Syn. can. 55  
 prorsus re-  
 pugnant  
 Cabilonē-  
 si, quanuis  
 iisdem tē-  
 poribus ha-  
 bita.  
 Apoc. 9. 11.  
 gloss. in c.  
 2. 30. q. 1.  
 & in c. 5.  
 Extrà, de  
 cogn. spir.

istis donis nihil magis ridiculum fingi possit. Cedo enim quænam illa sunt? ) *Primum est, vobis ipsis testibus, collatio sacrati salis: secundum, aurium & narium linitio cum sputo: tertium, in fronte & in pectore crucis signatio: quartum, olei sacri perunctio: quintum, ablutio Baptismi: sextum, in vertice chrismatis perunctio à sacerdote: septimum, confirmatio chrismatis in fronte per Episcopum.* ( In his verò, excepto Baptismi lauacro, cuius auctor est Christus, quid tandem agnoscas præter impurissimas sordes? In Baptismo abluuntur peccata: egregium scilicet symbolum est eius rei scædum impurissimi sacrificuli sputum. Adiungitur semel & iterum & tertio crucis signaculum in fronte, pectore, vertice. Mallem scapulis imponi, ut quod etiam est verbo Dei, in quo de cruce in humeros tollenda præcipitur, magis consentaneum: sed facilis est sanè istiusmodi crucis gestatio iis quibus imponitur, nec minùs lucrosa iis à quibus imponitur. Adjicitur vetus oleum iis exorcismis incantatum, quorum sanè mirum est ni ipsos etiã dæmonas pudeat. Hæc denique omnia infatuato sale condiuntur. Et ista sunt scilicet vsque adeò *μυστηριώδης*, (quorum tamen quæ sit utilitas ne nunc quidẽ inter bonos Canonicos post tot secula potuit conuenire) ut cohærere cum his non possit

thorus legitimus & iuculpatus: imò etiam non minus sæuo anathemate feriantur qui postea redire ad cõiugiũ ausi fuerint, quàm si Deo ipsi æterno maledixissent. Nam hæc postea subiiciuntur: ) *Ab hoc primo Spiritus sancti dono usque ad septimũ, nullus Christianus commatrem in coniugio recipere debet: & qui præsumpserit, anathematis vinculo religetur in perpetuum,* (Quid amplius superest quo vel atrocissimum omnium scelerum vindicari possit, hypocritæ? Sed bene est quòd iam ipsi etiam Satanæ fœtent vestra anathemata.) *nisi pœnitentiam egerit dignè.* (hanc etiam appendicem retinuerunt qui alioqui hunc canonẽ, vt verbo Dei repugnantẽ, refixerunt. Sed prius ostendere oportuit peccatũ, quàm pœnã præscribere.) *Mulieres verò, quæ separata fuerint pro hac illicita re (ex quo iure illicita?) à propriis viris totã præcipimus percipere dotem, quam in die nuptiali recepit.* (nẽpe vt maritis creptæ nõn sine dote ad vos trãseant. Quis enim non animaduertit quid hic captetur? Sed vt cætera omittã, quo iure, Domine Apostatice, ausus es de iure dotiũ leges ferre? Quis enim hac in re te cõstituit iudicem?) *& post expletum annum recipiant alium virum, similiter & vir uxorem.* Hanc particulam, vt & illam proximè præcedentem, omisit Gratianus, nimirũ vt tantum

dedecus occultaret. Illud enim, obsecro quomodo tandem excusabunt, quòd incestuosus quidem omni coniugio interdicitur, in adulterio verò nullo modo pati possint matrimonij vinculum solui: in hac autem cognatione spiritali, quæ merum est figmentum, nouas post annum elapsam nuptias & viro & vxori concedant? nempe ne diutius cogantur ipsi retinere, quas à suis maritis hoc prætextu abduxerint.

Conclusio  
superioris  
tractatio-

nis.  
Epitome  
totius tra-  
ctationis.

Et de sponsalibus quidem hætenus. Nam de legali siue per adoptionem contracta cognatione, non est, opinor, cur dicamus quum magna iam ex parte exoleuerit. Eorum autem quæ diximus hæc summa est: vera iustaque sponsalia non magis quàm consummata coniugia dissolui posse, vt hîc quoque valeat illud Domini dictum, *Quod Deus coniunxit, homo non separet*, nedum vt vel mutuo vtriusque consensu, vel alterius voluntate rumpantur, sicut olim apud Romanos: quod etiam Moses in Iudæis propter eorum duritiam tolerauit. Quædam autem sunt nomine tenus sponsalia, quæ quum obligationem non pariât, inutilia ipsòque iure nulla sunt: quorum duæ sunt species. Nam alia valere nunquã possunt, vt incestuosa siue propter cognationis siue propter affinitatis vinculû quod nuptias



nuptias prohibet: itémque cum alterius sponso vel sponsa, vel cum eunucho, vel eo morbi insanabilis genere laborante inita, qui omnem coniugij re ipsa consummandi spem tollat. Alia verò etsi initiò non valent, tamen postea cõfirmari possunt, veluti vel inter impuberes, vel absque parentum, aut eorum qui parentum loco sunt auctoritate, vel errore personæ, vel in futurum tempus duntaxat, vel adiecta conditione, vel per vim aut metum cõtracta. Quædam denique quum initiò valerent, postea non tam ab hominibus quàm à Deo ipso dissoluuntur, vt si adulteriũ sponso vel sponsa commiserit, si fidelem deseruerit infidelis, si virgo non erat quæ pro virgine fuit desponsata, si furor aut alius morbus perpetuus & insanabilis, omnémque re ipsa implendi matrimonij spem adimens, morbus denique contagiosus, itémque & insanabilis, sponsalibus superuenerit: quæ sunt à nobis sigillatim explicata. Iam ergo ad Diuortia veniamus.

l. j.

## DE DIVORTIIS.



MATRIMONII iam cōsummati diremptionem Romani *ἀφνωίας ἐνεκα* mollissimo nomine diuortium à diuertendo vocarunt, quòd alter ab altero defleat: qua de re non tantum verbo Dei, sed etiam legibus tum Ciuilibus tum Ecclesiasticis cautum est, quas hinc quoque cum Dei verbo comparabimus, quatenus quidem ad rem nobis propositam faciunt. Hoc enim vnum quærere nunc cōstituimus, quænam diuortia possint bona conscientia inter Christianos vsurpari, & quæ sit illorum vis, vt nihil nisi ex bona fide, in re præsertim tanti momenti, à quoquam agatur. Hinc autem potissimum exordiemur.

Quod de sponsalibus dictum est, quædam videlicet non propriè repudio dissolui, quoniam ipso iure nulla sint, id quoque de coniugiis existimandum est, nempe tum demum esse locum diuortio, quum vera & rata cōiugia dirimuntur. Itaque impropriè dicitur diuortium inter eos fieri inter quos nunquam verum cōiugium fuit. Nos igitur itidem priore loco dicemus de coniugiis quæ specie tenus cōiugia sunt, siue ipso iure  
nulla:

nulla: quoniam videlicet ea coniunctione alter in alterius corpus nullum sibi ius acquisiuit. Videtur autem res tota vno verbo posse transigi, nempe si dicamus, quoties vel inutilia fuerunt sponsalia, vel legitimo repudio dirempta, inutilia quoque esse coniugia, ex inutili principio videlicet profecta: sed illud perpetuum non est, quoniam (vt in extremo superiore tractatu diximus) quædam sponsalia ita sunt ipso iure nulla, vt tamen subsequenter nonnullis validari possint.

Sic ergo potius hanc regulam cõstituamus. Quoties sponsalia vel vsque adeò sunt ipso iure nulla, vt confirmari nulla ratione possint, vel legitimo repudio dissoluta sunt, inutilia quoque sunt coniugia, etiamsi benedictio Ecclesiæ, atque adeò copulatio corporũ, sit consecuta, veluti si incestuosa sit coniunctio siue propter cognationem, siue propter affinitatem: item si cum vero eunuchò, aut eo qui alio eiusmodi perpetuo & insanabili morbo laborabat, aut cum alterius sponsa vel uxore, siue dolo siue errore, contractum coniugium fuisse deprehendatur. Et hæc quidem plana sunt.

Verum quid iuris constituendum est, iis sponsalibus præcedentibus quæ quum initio inutilia essent, postea tamen confir-

mari potuerunt? nempe si quid incidit quo sublatum sit vitium sponsalium, ratum erit coniugium, veluti,

Si sponsalia in futurum tempus, vel sub conditione tantum, contracta, concubitus sequatur:

Si desponsi ex parentum consensu impuberes, ætatis defectum supplente malitia, coierint:

Si sponsalibus quanuis per vim aut metum, aut absque parentum consensu initis, postea de voluntario consensu apparuerit:

Si errore personæ vel qualitatis cognito, de vlla consensionis specie constiterit:

Si cum furente sponso vel sponsa coitum sit.

Quorum omnium hæc ratio est, quòd subsequente copula vel consensu, pars alioqui læsa iuri suo manifestè, sciens prudens, renuntiarit. Et ita quidem transactum videri posset de cõiugiis ipso iure nullis, nisi quædam oborirentur difficultates, sigillatim nobis explicandæ.

An parentes matrimonio iam cõsummato possint intercedere.

Primum enim, si fortè sponsalibus absque parentum consensu factis, benedictio per fraudem aut malis artibus impetrata, ac multò magis si copula subsequuta sit, quæritur an parentibus, aut qui parentum loco sunt, istiusmodi coniugium ipso iure nullum

nullum esse contendentibus, secundum eos sit iudicandum. Respondeo, si parentes neque ultro (quod videtur in Esau matrimonio factum) neque rogati, subsequente consensu rem alioqui non ritè factam confirmarint, & iustam suæ recusationis causam habuerint, nullum contractum matrimonium videri, cui videlicet desit quod præcipuum est, nempe Dei auctoritas, (quoniam videri non potest Deus coniunxisse quos, neglecto ipsius æquissimo mādato, intemperans & effrænis cupiditas conciliauit) ac etiam legitimus consensus, quum ij qui sui iuris nō sunt, consensisse videri nō possint.

Diluendæ sunt tamen contrariæ rationes, quarum vna hæc est. Dixit Dominus, *Quod Deus cōiunxit, homo non separet.* Concedo ita id esse: sed nego auctorem esse Deum eius cōiunctionis quæ non nisi violatis ipsius legibus coiit: quãquam si postea subsequatur parentum tacitus vel expressus consensus, videtur & ipse Dominus peccatum præcedens pro sua misericordia condonasse.

Altera ratio hæc est. Scriptum est,  *homo relinquet patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ.* Ergo non videtur eò vsque protendi patria potestas, vt re ipsa perfectum coniugium dirimat. Respondeo, id nō esse

dictum nisi de veris & legitimis matrimoniis, quorum videlicet tam arctum est vinculum, ut si fortè vel parentes sint relinquendi, vel vxor deserenda, potius sit adhærendum vxori. In coniunctione verò nefaria quæ posset videri Dominus à patriæ potestatis iure, cuius ipse assertor est & vindex, liberos manifestè rebelles & cõtumaces absoluisse?

Obiect. 3. Tertio loco opponitur Ecclesiasticæ benedictionis auctoritas. Respondeo, inhibi-

Cõcil. Lateran. sub Innoc. 3. can. 51. & alibi passim in canonibus & decretis. tam esse iã olim iustissimis de causis istiusmodi clandestinorum matrimoniorum benedictionem: quæ si fraude, vel aliis malis artibus extorta fuerit, nõ modò nõ immittitur, verùm etiam asseritur Ecclesiæ auctoritas, quum irritum censetur quod vel fraude & dolo malo est ab ea impetratum, vel cum ipsius detrimẽto à corruptis eiusdem ministris concessum.

Obiect. 4. Sed & illud obiicitur à quibusdam, consensum facere nuptias: sed hoc prorsus ineptè profertur hoc loco, quum certum sit, (ut paulo antè dixi) consensum ei non tribui

Refut. 1. qui sui iuris non sit. Esto tamen sanè consensus aliquis, quoniam nihil ab inuitis factum est: constat tamen de solo legitimo consensu dictum illud esse intelligendum.

Cõsensisse verò in clandestinum eiusmodi matri-

matrimonium, quid aliud est quàm in Legem Dei, ipsàmque naturæ honestatem, & æquitatem conspirasse?

Præterea & illud opponitur, sic fieri iniuriam personæ quæ separatur. Respōdeo, etiam si ita esset, iniquum tamen esse vt irrisi parentes peiore loco sint ea persona quam alius habuerit ludibrio. Neque enim hîc inter se comparādæ sunt iniuriæ, vt potior sit eius conditio cui maior facta est iniuria : sed illud potiùs dispiciendum est, vt vterque ius suum aduersus nocentem obtineat. At enim, inquires, quomodo tãdem in integrũ restituetur cui reddi pudicitia semel amissa non potest? Respōdeo, nisi quid melius possit à parētibus obtineri, habendam esse potissimùm eorũ rationem quorum culpa nulla est: & quum meritò esse in culpa censeatur qui ius gentium omni æquitati & honestati repugnando, in re præsertim tanti momenti, transgressus est: meritò secundũ parentes quàm secundum eam personam, quæ si decepta est, rectè præsumitur volens decepta, iudicandum videri. Quoniam tamen multæ hîc insidix incautis & imprudētibus fieri solent, neque ista facilè sine publico offendiculo rescindi possunt, Christiani Magistratus officium est, positis æquis legibus ne quid

eiufmodi eueniat, occurrere, & fi fortè euenierint, fic omnia temperare, vt neque nocentibus profic dolus malus, neque priuatæ iniuriæ maior ratio quàm Ecclefiæ totius habeatur. Quid igitur de ifto Tridentini conciliabuli canone cenfebimus? *Tametfi*, inquit, *dubitandū non eſt clandestina matrimonia libero contrahentium conſenſu facta, rata & vera matrimonia eſſe, quadiu Eccleſia ea irrita nō fecit, & proinde iure danandi ſunt illi, vt eos ſanctæ Synodus anathemate damnat, qui ea vera & rata eſſe negant: quiq; falſo affirmant matrimonia à filiis familiæ ſine conſenſu parentum contracta, irrita eſſe, & parentes ea rata & irrita facere poſſe: nihilominus ſanctæ Dei Eccleſiæ, ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit.*

Obiect. 6.  
Tridentini  
cōcil. ſeſſ.  
24. decret.  
61.

Refutat. 6. Rectè quidem in eo Synodus quòd eiufmodi coniugia deteſtatur & prohibet, (quanquam quorſum hæc tendant nemo ignorat, quum vel minimo accepto pretio iſta omnia interdicta redimantur) ſed quòd nihilominus ſi contracta fuerint, rata illa & vera eſſe, adiecto etiam anathemate, pronuntiat, quiſ eam meritò non excretur, quæ leges omnes diuinas & humanas excretur, quæ ius ipſum gentium palàm violat, quæ denique conſenſum, & quidem liberū, tribuit perſonis in aliena poteſtate poſitis?



positis? Quòd ex Patrum sententia malunt rem decidi, agè quid censet Euaristus & ipse Romanus Episcopus? *Aliter*, inquit, *presumpta coniugia* (dixerat autem potendam vxorem ab iis in quorum est potestate, & à quibus custoditur) *non coniugia, sed adulteria, vel stupra aut fornicationes potius quam legitima coniugia esse non dubitatur.* At iste porcorum grex, teste ipsorum Pasquillo, Tridenti nuper congregatus, non dubitat vera & rata esse coniugia. Vtris credemus? Certè non disidet à seipso Spiritus sanctus, quem isti ferunt suæ illi cathedræ sic deuinctum, vt qui in ea sedet, errare non possit. Negant etiam errare posse Concilia. Mentitum tamen esse vel Euaristum vel Tridentinos Patres necesse est. Ego neque illi neque istis addictam fidem nostram arbitror. Quia tamen probandi sunt spiritus, quis Euaristum in ea re ex Dei verbo loquutum non videt, Tridentinos autem Patres à patre mendacij afflatos? Quid verò Basilius? si modò ipsius est ad Amphiloichium epistola: *Eorum qui sunt in alterius potestate, pacta conuenta firmi nihil habent.* Et rursus, *Quæ sine iis qui habent potestatem sunt matrimonia, sunt fornicationes. Nec ergo viuentepatre, nec domino, ii qui conueniunt, (id est, qui eiusmodi*

Euarist. e-  
pist. 1.  
Euaristus.

Basil. epist.  
1. ad Am-  
phil. can.  
40. & 42.  
Basilius.

coniugii obtentu vnà viuunt ) *sunt ab accusatione liberi, donec domini*, (id est, in quorū potestate sunt) *coniugio annuerint. Tunc enim accepit firmitatem coniugium.* Quomodo igitur, boni Patres, rata sunt coniugia absque parentū consensu contracta si Basilio credimus consentanea verbo Dei, haec quidem in re, scribenti? Nempe aliter vobis libet, qui à nemine scilicet iudicandi estis. Ita igitur miser Euariste, ita iam infœlix Basili, vt cæteros taceam, expuncti estis ex beatorum albo, imò ad inferos vsque Neptuni Romani tridente deturbati. Quis autem hic furor est, Reges & Principes, in istius tam præfractæ lupæ gratiam, vt ista egregia decreta omnibus obtrudatis, cœlum & terram vltro commouere? At ego Pauli non illa commentitia, sed vera ac rata auctoritate fretus, non dubitem contrarium, ipsis è cœlo sanctis Angelis consentientibus, his verbis concipere: *Qui cum porcorum grege à legione Demoniorum obfisso, & Tridenti ad opprimendam veritatem coacto, dixerit contra Dei verbum & ius gentium, ac veterum Patrum sententiam, seu sponsalia seu coniugia à personis quæ sui iuris non sunt contracta, absque eorum consensu in quorum sunt potestate, vera & rata esse, execrabilis esto. Amen.*

Sed &

Sed & illud non temerè quæritur, sítne statuendum inutile matrimonium, & ipso iure nullum, si post nuptiarum benedictionem & thorum communem morbus perpetuus & insanabilis, qui mutuum corporum vsum penitus tollat, veluti manifestissima frigiditas, genitalium priuatio, muliebrium coarctatio quæ nullum remedium patiatur, aut vitium denique aliquod eius generis apparuerit. Respondeo in hac specie, magna & exacta circumspectione opus esse, quoniam si quid re ipsa, vel ex nuda præsumptione attentatum est, contracta saltem videtur affinitas, & tutius est pro eiusmodi matrimonio quàm contra matrimonium iudicare, quum præsertim ad communem vsque thorum peruentum est. Si tamen eiusmodi vitium esse constiterit vt nullam fuisse commixtionem necessariò consequatur, æquum esse videtur, vt, quemadmodum de sponsalibus diximus, nullum fuisse coniugium statuatur: & grauitè pro facti circumstantia in eum animaduertatur qui sciens deprehensus fuerit Ecclesiam & proximum, ipsamque adeò matrimonij puritatem ludibrio habuisse. Quid sit verò statuendum si quid eiusmodi superuenerit matrimonio iã re ipsa cõsumato, suo loco dicemus.

De morbo  
insanabili,  
& vsum  
matrimo-  
nii impe-  
dicente.

De vi &  
 metu.  
 c. 21.  
 Ex-  
 tra, de spō.  
 c. 4. Ex-  
 tra, Qui  
 matrim.  
 accus. p. of.

Vim autem vel metum post copulam non posse prætexi, vt nullum fuisse coniugium iudicetur, nisi fortasse raptam potiùs puellam fuisse quàm in amplexus viri venisse prorsus cōstiterit, iam antea diximus.

Cæterùm, quum inter Ecclesiasticam benedictionem & thori communicationem aliquid interdum spatij intersit, præsertim quum vel inter absentes contrahitur coniugium, vel quanuis altera persona adhuc sit immatura, tamen ad benedictionem vsque coniugij & imaginariam thori communicationem properatur, si nihil vlteriùs sit consequutū, adhuc liberum esse censeo, vim aut iustū metū probare, & modò circumspectè & consideratè omnia expendantur, quicquid actum fuit irritum pronuntiare: sicuti in coniugio Iohannæ Reginae Nauarrenæ, palàm alioqui & solenni ritu, solo tamen imaginario concubitu cum duce Cliuensi coniunctæ, ante aliquot annos factum omnes norunt.

De errore  
 personæ.

Illud quæritur denique, Si cum errore personæ, non modò facta sint sponsalia, verùm etiã concubitus sit consequutus, an nullū sit iudicandū coniugiū. Respondeo, id esse positum in personæ deceptæ arbitrio, vt vel iure suo vtens eam in quam nūquam consensit habeat pro extranea: vel vltro

vltro subsequente consensu, quod per se alioquin irritū est, confirmet, sicut à Iacobo factum videmus quum Leam apud se retineret. Et de coniugiis quidem inutilibus hæctenus. Quid enim mihi de iis videatur quæ solo iure Ciuili nituntur, partim antea diximus, partim etiam infra (Deo fauente) dicemus.

Nunc verò nobis de veris & ratis coniugiis dicendum est, num ea videlicet dirimi fas sit: & si fas est, quib<sup>9</sup> iustis rationibus id fieri liceat. Mirus enim hac in re fuit artifex Satan, humani generis hostis, modò quidē (quod difficile non fuit à plerisque impetrare, qui, quò sunt ad libidinem spòte naturæ propensiores, eò magis optant coniugiorum vinculum relaxari) persuadēs quod mutuo quorundam consensu deuincitur, ab iisdem quoque, vt cæteros contractus, mutua saltem dissensione, ac proinde publica ex certis causis auctoritate, dissolui posse: modò verò apud homines religiosiores vsque ad eò arctè matrimoniorum nodum adstringens vt seruandæ fidei obtentu conscientias miserè torserit timore, vbi nullus erat iustus timor, donec tandē vtraque via grassatus omnia fœdis libidinibus cõtaminauit. Cogit ergo nos ipsa necessitas duo quærere, & in primis quidem,

De ratis  
coniugiis,  
an vlla ra-  
tione, ac  
præsertim  
morte di-  
rimantur.

illud quod alioquin optimo iure posset superuacaneum videri, num videlicet vlla ratione quod semel ratum fuit matrimoniū dissolui possit : deinde quibus de causis iustè dissoluatur.

Saltem igitur morte dissolui matrimoniū quis non miretur iam olim fuisse dubitatum, & adhuc à quibusdam ambigi? Nā de quibusdā causis meritò dubitari potuisse fateor: morte verò, termino humanæ vitæ, necessariò finiri quoque nuptias prodigiosum est negari à quoquam potuisse. Est autē de hoc dubitatū partim inter eos qui portentosis & impiis illis fictitiorū omnis sexus Deorū coniugiis, ac etiā incestis & adulteriis, omne vitæ præsentis & futuræ discrimen sustulerunt : partim ab illis etiā qui σοφῶς φουσιῶς nimium indulgentes, (quòd meliorē in his ducem non haberent quàm naturā, tum quoque à recta via plurimum aberrantem, quū rectum iter sibi videtur insistere) opiniones quasdam sub pietatis specie blandientes tanquam *νεύας δόξας* sunt amplexi. Confirmarunt hæc deliria postea nonnulli, qui horum & illorum errores animaduenterunt quidem, sed ita ut non multò magis saperent. Et illis igitur & istis qui sibi persuaserant instituta in præsentē vitā coniugia morte interrumpi potius

potiùs quàm finiri, fuit quædam religio  
coniugia repetere, iis mortuis quos viuos  
tantopere dilexerant: quod tamen fœminis  
potiùs quàm viris vfuuenit, vnde illa apud  
Poetam,

*Ille meos primus qui me sibi iunxit, amores  
Abstulit, ille habeat secum, seruetque se-  
pulchro.*

Cui contrà sic respondet foror minùs su-  
perstitiosa.

*Id cinerẽ aut manes credis curare sepultos?*  
Huius autem non minùs ambitiosæ quàm  
fruitæ superstitionis exẽpla mirum est re-  
petere voluisse maximos viros Tertullianũ  
& Hieronymũ, quibus etiã addat quispiã,  
si volet, nonnullos recẽtiores rhapsodos, vt  
his veluti fulcimẽtis corruẽs alioqui suę mo-  
nogamiæ dogma sustentarẽt. Qui verò istis  
postea successerũt, perinde mihi vidẽtur fe-  
cisse, vt si quis cũ alio in eodẽ mari nauigãs  
ita esset in fociũ periclitantẽ intẽtus, vt in-  
cautus interea in nihilo minùs periculosos  
scopulos nauẽ impingeret. Damnant igitur  
isti Sadducæos, vt qui errarẽt & Scripturas  
nescirẽt: damnãt quoq; Mōtanistas & Ca-  
tharos. Interea tamen benedici nolunt se-  
cundis nuptiis, idq; quasi prior non sit o-  
bliterata benedictio: & digamos vocãt, qui  
tamen, modò sint vnus siue secundæ, siue  
tertiæ, siue quotæcunque vxoris legitimi

c. 3. Extrã,  
de secũdis  
nuptiis.

mariti, verè sunt monogami: còque prætextu à sacris tractandis quasi quadam adulterij specie pollutos illos arcent. Hæc verò quibuscunque tandem coloribus à nonnullis illiniuntur, manifestæ sunt veterum illorum deliriorum reliquiæ, quas sani omnes homines meritò detestantur. An igitur, dicet fortasse quispiam, eos damnas qui matrimonium non repetunt? minimè verò, si modò continentia donum habuerint, quod quàm rarum semper fuerit vel illa Pauli ad Timotheum de nonnullis viduis querela declarat. Itaque malim cum Apostolo iuniorib<sup>9</sup> suadere nuptias, quàm cum Hieronymo ad cœlibatum, superstitionissimæ nescio cuius sanctimonix prætextu, allicere. Sed hîc à nobis non alia ratione de secundis nuptiis quæritur, quàm vt matrimonij vinculû liqueat aliquo modo verè dissolui, quod alij quidem apertè vt dixi, negant: alij sic fatentur, vt tamen alio circuitu ad eundem scopulum impingant. Nos verò ex verbo Dei potiùs sapiamus: & quum Polygamiã sciamus diuinis legibus aduersari (qua de re superiore tractatione diximus) & tamen secundas nuptias expressis verbis ab Apostolo non cõcedi tantum, verùm etiam suaderi, & quibus expedit præcipi: statuamus quod inde manifestè

1. cor. 7. 39.

1. Tim. 5.

14.



manifestè cōsequitur, morte videlicet matrimonia verè dissolui: quoniam alioqui cuius maritus mortuus est, in Domino nubere non posset: neque rectè scripsisset Apostolus, mortuo viro vxorē liberam esse, Rom. 7.2. vt si alteri nupserit, adultera non habeatur. Hoc verò si non re ipsa, verbo tamen nobis ipsi quoque legis cœlibatus defensores, fat scio, concedent: sed hoc adiicient, alia nulla ratione quàm morte matrimonia semel rata dissolui, quoniam videlicet quod Deus coniunxit, homo disiungere nō possit. Atqui sæpe homines hominibus mortem infligunt. Nempe, excipiēt illi, quoniam hoc c.18.33 q.2 ordinat, vel, vt ipsi loquuntur, permittit Deus: qui proinde videtur, quoties id euenit, matrimonij nodum ipsemet non tam dirimere quàm secare. Ergo, boni viri, illud inter nos iam cōueniat, tot modis, siue is vnus sit ac singularis, siue multiplex, cōiugia quātumuis rata dissolui, quot sunt à Deo siue ordinati, siue (vt vos mauultis) concessi: & an aliis etiam modis coniugia etiam maximè rata dirimantur, agè disceptemus.

Duo sunt autem quæ hîc affirmo: vnum, duobus præterea modis coniugia ex Dei verbo, ac proinde auctore Deo, dirempta censerî, nēpe adulterio & desertione, quantum non eadem sit adulterij quàm deser-

tionis ratio. alterum, nullam hâc esse hominum, imò ne Angelorû quidem auctoritatẽ ad nouas leges de plenis ac veris diuortiiis ferendas, sed hac in re penitus acquiescendum esse in vno Dei verbo. De vtroque sigillatim dicemus, ac de illo quidem priore loco.

Adulterio  
penitus dif-  
solui ma-  
trimonii  
vinculum.  
Mat. 5. 31,  
& 19. 9.

Adulterio igitur coniugiũ rectè & bona conscientia dirimi posse affirmo expressis hac de re Christi verbis. Quum enim videret Christus legem de lapidandis adulteris latam (vt & alias plerasque) cõtemni, cauere tamen cõscientiis voluit: ideó que interrogatus an, vt facere plurimi solebãt, quauis ex causa diuortij libellũ tradere liceret, sic respondit vt non tantũ negaret id fas esse quauis ex causa, verũ etiam exprimeret, nulla id ex causa nisi ob adulterium licere: quibus verbis nihil planius aut magis perspicuum dici potest. Itaq; nullus adhuc est, quod sciam, inter Christianos seu veteres seu recẽtiores inuentus qui nõ concesserit, probato adulterio, fas esse innocenti nocẽtem dimittere: sed plerique excogitata distinctione inter separationẽ à thoro & dissolutionẽ ipsius coniugalis vinculi, quod rectè prius constituerant mox euertunt, quum noui coniugij potestatem separatis non concedunt: cuius sententiæ quum etiam

Augu-

Augustinus ipse fuerit, necesse est in primis ostendere quàm firmis rationibus omnia cōtraria argumēta doctīssimi Theologi nostra memoria diluerint.

Primum opponunt illi istud Christi dictum, *Qui repudiatam duxerit, mœchatur.* I  
 Nam certē si penitus solutum esset vinculum, mœchari vir eiusmodi non diceretur. Obiect.1.  
Mat.5.32.  
& 19.9.

Respondeo, exceptionem priori membro Refut.1.

additam, in posteriori quoq; esse repetendam. Nam si qui dimittit vxorē extra causam fornicationis facit vt ea mœchetur, consequitur eum qui vxore propter adulterium repudiata aliam duxerit, non facere vt ea mœchetur. Ex quo rursus colligitur, id quod subiicitur apud Matthæum de repudiata, non nisi repetita ex priore mēbro exceptione intelligendum, quoniam Dominus alioqui sibi ipsi contradixisset. At enim obiicient illam exceptionem adulterij apud Marcum & Lucam non adscribi.

Respondeo, nouum hoc non esse vt apud 2  
 vnum Euāgelistam illud exprimatur quod alij reticuerunt, & tunc locos magis concisos esse ex plenioribus explicādos. Præter 3  
 cā illud quoque obseruandum est, etiam si apud Matthæum illa exceptio addita non esset, ne hoc quidem contra nos facturum. Nam de diuortis propter adulterium,

neque Pharifæi quæſiuerūt, neque propriè reſpondendum fuit Chriſto: applicanda enim eſt reſpōſio ad interrogationem. Rogatus autem fuit Chriſtus non an aliquam ob cauſam, veluti ob adulterium, licuerit diuortium, ſed an ob quauis cauſam diuortium in foro conſcientiæ concedatur. Itaque neque apud Marcum, neque apud Lucam longiùs trahendum eſt Chriſti reſponſum, niſi exceptionem ex Matthæo ſuppleas.

Obie&2.

Matth. 19.

Refut.

c. 13. 33. q. 2

Secundum illorum argumentum nititur hoc Chriſti dicto, *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Deus autem virum & mulierem coniunxit: ergo homini nullo modo licet illud vinculum ſeparare. Concedo totum illud argumentum, idcōque non aſſentior iis qui putant Magiſtratibus licere nouas diuortiorum leges condere: ſed nego diuortij propter adulterium auctores eſſe homines, quum Dominus iam olim adeò expreſſe voluerit adulterio matrimonia diſſolui, vt etiam adulteros morte punierit: & poſtea ruruſum Chriſtus conſulens conſcientiis, propter Magiſtratum negligentiam adulteriū exceperit, quum de diuortio non licito differeret.

Obie&3.

Rom. 7. 2.

& 3.

Tertiū eorundem argumētum petitum eſt ex his Pauli verbis: *Mulier ūταυδ εγς uiuenti*

uenti viro deuincta est per Legem. Item, *Mulier, viuente viro, vocabitur adultera, si fuerit alterius viri.* Manet ergo vinculum etiam post diuortium. Atqui Apostolus ibi non agit de causis diuortij, sed arripit ex coniugio similitudinem, quatenus id argumento proposito conueniebat. Præterea nego huius argumenti consequutionem. Nec enim intelligitur antecedens de matrimonio per adulterium soluto, sed de matrimonio constante. Nego quoque vxorem adulterij damnatam esse ὁταν δευ. Etsi enim adhuc is est superstes qui vir ipsius fuit, non est tamen amplius vir ipsius, nec ipsa potest esse simul mariti & adulteri caro. Idem autem vicissim de marito adultero constituendum est.

Quartum argumentum torquent ex illa eiusdem Apostoli sententia, *Vxor est obstricta lege, quandiu vir eius viuit.* Respondeo, Apostolum ibi non agere de diuortij causis, sed tantum docere viduas, soluto per mortem matrimonio, posse bona conscientia ad secundas nuptias conuolare: & respexisse quod ordinarium est, & ὡς ἐστὶ τὸ πρῶτον accidit, quasi præsupponentem inter fideles quibus scribebat, vix alia ratione quam morte matrimonia dissoluenda.

Quinto loco obiciunt & illud, *Vxor à* Obiect. 5.  
m. iij.

*viro ne discedito : quòd si discesserit , maneat  
intupta, aut viro reconciliator: & vir uxorem  
ne dimittito.* Respondeo, Paulum hìc non agere de diuortio, sed de disidiis quæ propter simultates inter coniuges interdum oriuntur: ad eò vt interdum vna pars ab altera secedat. Quod si euenerit, non vult Apostolus eiusmodi discessione solui matrimonium. Hoc autem ita esse manifestè indicat Apostoli verba qui inquit in genere: *Vir uxorem ne dimittito, & uxor à viro ne discedito.* Quid si enim adulterio peccarit altera pars, an non innocenti licebit saltem à nocente discedere? Relinquitur ergo verum esse quod diximus, nempe Apostolum de simultatibus & rixis non de vero diuortio loqui: quod mirum est Augustino in mentem non venisse.

Obiect. 6. Sextum argumentum est eiusmodi, Si concedantur post diuortium secundæ nuptiæ, periculum est ne qui nouum matrimonium affectat, facilè falsam criminis accusationem intendat. Respondeo, nullum inter homines negotium esse in quo vitari possint omnia pericula: sed prudentis esse iudicis de accusatione rectè statuere: quòd si prætereà Magistratus suo officio fungatur, id est, adulteria sicuti par est vindicet, minimè timendum erit ne coniugis tædio quis-

Refut.

Refut. nullum inter homines negotium esse in quo vitari possint omnia pericula: sed prudentis esse iudicis de accusatione rectè statuere: quòd si prætereà Magistratus suo officio fungatur, id est, adulteria sicuti par est vindicet, minimè timendum erit ne coniugis tædio quis-

quispiam adulter fiat.

Septimum argumentum, Si post diuortium cōcessæ essent alteræ nuptiæ, hoc fieri oporteret in fauorem personæ innocentis: quòd si nocenti personæ concedantur, grauiabitur innocens, nocens verò sui sceleris præmium feret. Vtinam verò magistratus officio suo fungeretur: tū enim nullus esset istiusmodi quæstionibus locus. Verùm vt-  
 cunque sit, quum secundas nuptias post diuortium ita concedamus, vt tamen eas nocenti personæ non nisi maximis de causis permittamus, sic facillè huic incōmodo occurratur. Deinde sic istud argumentum re-  
 torqueo, Nisi nocenti personæ liceat post diuortium secundò nubere, lueret pœnas alieni sceleris: quod indignum esset.

Præterea sic etiam colligunt, Vni viro plures vxores habere non licet. Respōdeo in hoc argumēto esse petitionem principij. Præsupponit enim id ipsum de quo quæritur, manere nempe vinculum matrimonij, etiam post diuortium. Concedo igitur vni viro non licere plures vxores habere: sed addo, vxorem esse desiisse quæ propter adulterium à viro se separauit.

Nonum eorum argumentum est huiusmodi, Matrimonium est sacramentū cuius manet character: itaque diuortio non pe-

- Refut. 1.** nitus deletur. Respondeo primùm, ineptissimè matrimoniū inter sacramēta numerari, id est, inter inuisibilis gratiæ signa, sicut etiam à veteribus nūquam fuit inter sacramenta numeratum, nisi nomine sacramenti latissima significatione accepto: qua de re nunc disceptare nostri non est instituti.
- 2** Deinde, etiam si daremus matrimonium ex ipforum sententia sacramentum esse, cur, obsecro, perpetuū esse statuitur? Nam hoc quoque alia ratione probandum superesset.

- Obiect. 10.** Denique hoc etiam obiiciunt: Ecclesia vetus imposuit aliquam pœnitentiam eiusmodi secundis nuptiis, ut apparet ex Canone septimo Synodi Neocæsariensis: id quod etiam confirmatur verbis Hieronymi in Epitaphio Fabiolæ. Respondeo, multos etiam in veteribus Canonibus nauos esse, quibus omnibus semel opponendum est illud dictum Apostoli, *Qui non potest continere, nub. ut.* Nam certè si quod in ea re peccatum esset, nūquam id suasisset Apostolus: ubi autem peccatum nō est, nullus est pœnitentiæ locus. Deinde apparet hanc seueritatem non omnibus placuisse. Nam Ori-

- Orig. hom. 7. in Mat. Ambros. in 1. Cor. 7** genes excusat eiusmodi nuptias. Ambrosius manifestè concedit marito, quod testimonium facetus est Gratianus sic eludens,



vt dicat à falsatoribus insertum esse Am-  
 brosij operibus. Hieronymus quoq; quan-  
 uis alibi *ὑπερολικῶς* istiusmodi cōiugium vi-  
 tuperet, & mentionem faciat pœnitentiæ,  
 quæ hoc nomine fuerat Fabiolæ iniuncta,  
 tamen hucusque non progreditur, vt diri-  
 mendum dicat coniugium, quod ipsemet  
 excusat ac tuctur. Imò Augustinus ipse, quo  
 nullus alioqui acriùs cōtrariam sententiam  
 defendit, tamen alicubi sic scribit: *In ipsis*

Hieron. ad  
 Amādum,  
 & in Epi-  
 taph. Fa-  
 biolæ.

August. de  
 fide & o-  
 perib. c. 19.

*diuinis sententiis, inquit, ita obscurum est v-  
 trum & iste, cui quidem sine dubio adulteram  
 licet dimittere, adulter tamen habeatur si al-  
 teram duxerit, vt, quātum existimo, venialiter  
 ibi quisque fallatur.* Epiphanius verò aduer-

Epipha-  
 nius.

sus Catharos hæc scribit: *Ἐνεκέν τινος περὶ  
 φάσεως, πορνείας, ἢ μισχίας, ἢ κακῆς αἰτίας  
 χωρισμοῦ γυνομίης, συναφθέντα δευτέρω  
 γυνομίῃ, ἢ γυνομίᾳ δευτέρω αἰδέει, ἐκ αἰ-  
 πατάμ ὁ θεῖος λόγος, ἔτε ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας  
 καὶ τῆς ζωῆς ἀποκηρύττει, ἀλλὰ δευτεράζει  
 τὸ ἀφένες, ἔχῃνα δύο γυνομίᾳς ἐπὶ τὸ αὐτὸ  
 γῆ ἐπὶ ἀφένεσσι τῆς μιᾶς, ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ἀπο-  
 φεθεῖς δευτέρω εἰ τύχει ἐννόμω συναφθεῖς,  
 ἐλεεῖ τῆτον ὁ ἅγιος λόγος, καὶ ἡ ἅγια δεῖ ἐκ-  
 κλησία, μάλιστα εἰ τυγχάνει ὁ τοῖστος τ' ἄλλα  
 ὀυλαβῆς, καὶ κατὰ θεῖον νόμον πολιτευόμενος.*

Sic enim locus ille emeritundus est, qui in codicibus excusis depravate legitur. Id est, Separatione facta alicuius occasionis gratia, puta scortationis, siue adulterii, aut male alicuius causa, diuinus sermo non accusat, neque ab Ecclesia & vita excludit eum qui alteri uxori fuerit coniunctus, aut uxorem alteri viro nuptam, sed eius imbecillitatem tolerat: non ita tamen ut duas uxores, altera adhuc superstite, retineat: sed si ab una seiunctus cum alia legitima fuerit coniunctus, miseratur eum sanctus sermo, & sancta Dei Ecclesia, presertim si eiusmodi quispiam alioqui fuerit Dei timens & ex lege diuina in Ecclesia versatus. Sed & Arelatensis prima Synodus, quæ & ipsa ad Nicænæ Synodi tempora refertur, cohortationis tantum siue consilij meminit: tantum abest ut separari sic coniunctos iubeat. Vtitur enim his verbis: *De iis qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & sunt adulescentes fideles, & prohibentur nubere, placuit ut in quantum potest consilium eis detur, ne uiuentibus uxoribus suis licet adulteris, alias accipiant.* Sed & Canonici, quantumuis hac in re rigidi, tamē si incestuosum fuerit adulterium, alteras nuptias innocenti concedunt, ut hanc saltem speciem excipi oportuerit: quauis peculiaris istius discriminis ratio ab ipsis afferatur, quoniam videlicet à consanguineo polluta, ne si velit quidem fas esse videtur

Concil.  
Arelat. 1.  
can. 10.

c. 19. 20. 21.  
22. 23. 24.  
32. q. 7.

ad priorē maritū reuerti, cuius tamē mariti cōscientiæ quū sit cōsulendū, idcirco alteræ nuptiæ ipsi necessitate quadā cōcedūtur, si cōtinere nō potest. Hanc enim rationē Gratian⁹, ipsis fortasse Canonū istorū auctoribus ingeniosior videri volēs, expressit: & tamen illi ne hac quidē in re sibi cōstant, quū ipsi incestuoso alicubi faciant noui cōiugij potestati. At ego in primis dico nefas fuisse, quod Christus generaliter edixit, ad incestuosa adulteria restringere. Deinde hoc etiam addo, quum Ecclesiæ Pastores non in hac tantū specie, verū etiam quibuscunque de causis in periculū vstionis inciderint ouiculæ, oporteat ex Apostoli exemplo ac etiam norma prouidere, ne in Satanæ laqueos siue illius Leonis rabidas fauces incidant: nec satis prudentes, nec vt oportuit sollicitos hac de re fuisse, qui hoc vno excepto incommodo, cætera neglexerunt, quum innocentem vel ad nocentem personam iterum non tam voluntate quàm necessitate recipiendam, vel ad ea quæ maiora viribus essent experienda suis illis iniquissimis canonibus cogere.

c. 18. §. Sed  
& illud, 1-  
bidem.  
c. 16. 32. q. 3

Sed excipiet fortasse quispiam, non ex istis quibus nihil minū curæ est quàm vt coniugia sanctè & pudicè colantur, sed ex

Obiect. II.

eorum numero quispiam quibus propter inueteratum morem ita sunt insolentes istæ post diuortium nuptiæ, quædiu superstes est quæ fuit repudiata, ut ex præiudicio potius quàm legitimo iudicio damnent nostrarum Ecclesiarum morem : excipiet, inquam, fortassis istorum quispiam, vetitis alteris nuptiis, sic optimè ad recõciliationem, quam ipsa charitas imperet, nõ tantum allici, verum etiã trahi, quos Reipublicæ Christianæ maximè interest reconciliari, potius quàm ut, nouo inito coniugio, omnis spes recõciliationis tollatur. Ego verò (ut nunc omittam quod à quibusdã in contrariã partem disceptatur, quasi videlicet dimittere potius innocens persona nocentem quàm illi reconciliari teneatur, quibus certè non assentior) probo quidem eorum voluntatem qui reconciliandis potius quàm, sublata omni spe instaurationis, separandis coniugibus student : tamen veluti altero oculo captos esse dico qui in hoc vnum sunt ita intenti ut nocentem innocenti reconcilient, ut interim perexiguam habeant innocentis rationem. Nam certè pastor ille quem pro exemplo proponit Christus, ita sollicitus est de vnica oue quæ aberrauit recipienda, ut tamen alias nonaginta nouem non lupis expositas, sed in tuto potius collocatas

Refut. I

locatas veluti ad tempus relinquat. Adhibeantur ergo tempestiuæ exhortationes: inculcentur quæ charitati mutuæ conueniunt: ne innocenti quidem liceat, inconsulta Ecclesia nouum coniugium inire, nedum vt hoc nocenti concedatur: quæ omnia, per Dei gratiam, testari possum scdulò in hac Geneuensi Ecclesia fuisse adhuc obseruata, quoties aliquod eiusmodi offendiculum incidit priusquàm iustissima illa lex de capitali adulterorum pœna, cõmuni ciuium suffragio ferretur. Ista, inquã, accuratè obseruentur: sed interea quibusuis non contentiosis æstimãdum relinquo quàm iniquum sit, innocentem vel ad recipiendam adulteram personam cogi, vel in eam necessitatem detrudi quæ ipsum quoque periclitari cogat. Certè Gregorius ille <sup>2</sup> Papa qui contra ius & æquum, ipsumque <sup>c. 18. 32. q. 7.</sup> Dei verbum ( vt suo loco dicemus ) nouas ei nuptias concedi posse censuit qui vxorem haberet ea infirmitate correptã, propter quam non valeret viro debitũ reddere, multò magis fortassis id concessisset marito cuius vxor in adulterij crimine deprehensa, ipso vxoris honestissimo nomine sese indignam ostenderit. Et Honorius <sup>3</sup> tertius, rectè iudicans adulteram priuandã <sup>c. ex parte: Extrã, de Consuet.</sup> esse omnibus viri bonis, (quod tamen de-

c. 5 Extrâ,  
de Diuor-  
tiis.

cernere Pontificiæ iurisdictionis non fuit) nimirū vt maritus pro arbitrio illis tanquā suis vti possit, an nō, obsecro, multò magis iudicasset eandem sic priuari suo viro vt sui sit iuris factus? Magis enim in ipsum virum quàm in eius bona peccatum fuisse constat. Itaque nemo sanæ mentis assentietur Alexandro tertio, qui (si modò rectè explicatum est eius rescriptum) dirempto propter adulterium coniugio, innocentem, si alteram duxerit, non modò à posteriore vxore separandum censet, verùm etiam ad priorem vxorem redire compellendum. Sic igitur ad illorum argumenta responsum esto. Nunc ad probandam nostram sententiam accedamus.

Probatio-  
nes dissol-  
ui penitus  
cōiugium  
adulterio.  
1. Arg.

Illud certè vix potest in dubium reuocari, interrogatum fuisse Christum à Pharisæis de eo diuortio quod inter Iudæos vsurpabatur, quo videlicet ipsum thori vinculum abrumpebatur, ac proinde non esse de alio diuortij genere intelligendam Christi responsionem.

2. Arg.

Hæc accedit quod iniquissimum fuerit innocentem luere nocentis culpam: quod sanè fiet si cogatur innocēs vel adulteram recipere, (quod sæpe fuerit honesto viro ipsa morte acerbius) vel scortationis periculum incurrere. Innocētius tamen de de-  
sertione

fertione loquens, hanc rationem diluit hac exceptione, quòd in multis casibus contingat aliquem iure suo sine sua culpa privari, vt si alter coniugum incidatur. Sed facilis est responsio, longè aliud esse vitium corporis ex Dei voluntate superucuiens coniugio, quàm crimen adulterij quo sese quispiam sponte & mala voluntate contaminavit. Itaque etiam si eiusmodi fuerit illud vitium vt alter alteri debitum amplius reddere non possit, tamen (vt suo loco dicemus) non propterea fit diuortium, tum quia potius oporteat coniuges in eiusmodi calamitate mutuo sibi auxilio esse: tum etiam quia qui propter eiusmodi calamitatem non potest amplius reddere debitum, tamen cum alio non factus est vna caro: ex quo consequitur adhuc manere matrimonij vinculum. At in adulterio, digna est supplicio nocens persona, non cõmiseratione: & præterea coniugij vinculum abruptit quisquis factus est scortatrici membrum. Præterea quum iidem Canonici quibusdam, & quidem meritò, præcipiant adulterã vxorẽ dimittere, ac proinde illã repetere prohibeant, quid illis fiet, obsecro, si nõ habuerint continẽtiã donũ? Petãt illud, inquires. Verũm qua promissione freti particulare donum illud petent?

Obiectio.  
c. quanto.  
Extrã, de  
Diuort.

Responsio.

Absurdum enim est statuere quempiam  
 sese per vxoris adulterium ad continentiam,  
 4 vocari. Deinde etiam si concederemus  
 prorsus teneri innocentem nocenti resi-  
 piscenti veniam dare eò vsque vt etiam il-  
 lam sibi rursus adiungat (quam Augustini  
 opinionem suo loco expendemus) quid fiet  
 obsecro, si qua perfrictæ frontis mulier  
 vel scelus addat sceleri, vel simulatè resipi-  
 scat? quid si etiam adulterij repetiti con-  
 uicta sæpius repudietur? quid fuerit ini-  
 quius, obsecro, quàm innocentis qui vratur  
 5 ne tum quidem rationē habere? Imò quis  
 non videat ista noui ineundi coniugij pro-  
 hibitione tum committendis eò audaciùs  
 adulteriis, tum etiam si commissã fuerint,  
 tolerandis & dissimulandis, aditum pa-  
 tesferi?

Conclusio. Concludo igitur adulterio abrumpi cõ-  
 iugij non tātum vsus, sed vinculum, quod  
 nisi voluntate innocentis rursus coalescat,  
 integrum esse eidem innocenti, si contine-  
 re non potest, nouas nuptias inire: quod  
 tamen laudabile est, absque Ecclesiæ, ac e-  
 tiam pij Magistratus venia non facere, vt  
 infirmorum offendiculis occurratur. Ve-  
 rum quid de nocente statuendum erit? V-  
 tinam verò Christiani saltem Magistratus,  
 ita vt diuinæ & humanæ leges sanciant, a-  
 dulerij



dulterij crimen vindicarent, ne quis istis quæstionibus locus relinquatur. Interea respondeo, primùm omnium iniquum esse vt nocenti personæ fiat nouarum nuptiarum potestas tantisper dum innocente in cœlibatu permanente pendet reconciliatio. Deinde oportere vt de sincera ipsius resipiscētia constet. Tertiò, nec statim nec temerè hoc illi concedendum, sed multùm diùque admonendam vt, si fieri potest, lugere & cœlebs manere malit quàm coniugium repetere in quo tam turpiter se gesserit. Quòd si res ipsa ostenderit periclitari ipsius conscientiam nisi ei prospiciatur, nubat sanè cui vult, modò id fiat in Domino. Canonas enim illos quibus omnis spes cōiugij, etiam innocente defuncto, nocenti quātunuis resipiscenti adimitur, aut etiam votum illud Satanicum perpetuæ cōtinentiæ præcipitur, vt Apostolicæ doctrinæ repugnantes, atque adeò à Satana, sese in angelum lucis transformante, suggestos, planè repudio. Quoniam autem variæ præterea incidunt in hac cōtrouersia quæstiones, agè illas quoque scorsim explicemus.

Quæritur ergo, Sítne in petendo diuortio idem ius vxori aduersus maritum, atque marito aduersus vxorem. Non esse verò ex his argumentis colligitur. Primùm, quòd

Mulieri  
ius esse in  
maritum  
agere.  
Obiectio.

in lege dandi libelli diuortij, maritus duntaxat nominatur: idque fuisse in Israel ita

*Malach. 2.* obseruatum constare potest ex Malachia, 15.

apud quem monentur mariti, vt potius quàm iustas suas vxores superinductis alijs adeò crudeliter affligant, dent illis diuortij libellum: ex quo consequitur ipsas sponte diuortium facere non potuisse, alioqui nimirum id vltro facturas. Sed huic rationi facilè occurri potest. Nec enim ibi agitur de adulterio quod erat ex lege capitale: sed de voluntario diuortio, quod quum ob duritiem huius populi toleraretur, solis tamen viris concessum fuit, quos videlicet meritò existimauit legislator tardiores hac in re & circumspectiores futuros. Nihil autem hoc ad id de quo nunc agimus, in quo nihil fit ex partium arbitrio, sed iudicio ex allegatis & probatis decernitur.

*Obiect. 2.* Deinde obiicitur illud quoque, quòd vir sit mulieris caput, ac proinde mariti potior esse conditio videatur.

*Refut.* Respondeo, caput quidem esse maritum, ac proinde in mutuo coniugij consortio eminere procul dubio ipsius auctoritatem, cuius imperio videlicet res familiaris administratur. Verùm si ius ipsum spectes quod alter habet in alterius corpus, (agitur autem propriè de hoc iure in causa adulterij) dico æqualem esse

vtrin-

vtrinque obligationem, quod expressis verbis declarat Apostolus, *Vxor, inquit, suum corpus non habet in potestate, sed vir: similiter autem & vir suum corpus non habet in potestate, sed vxor*: ex quibus omnino efficitur, vtrinque in pari obligatione idē ius alteri in alterum (ea tamen modestia seruata quæ mulierem præcipuè in virum agentem decet) concedi oportere: quod 3

rectè defendit Augustinus, alioqui in concedendis nouis nuptiis durior. Idem etiam censet Hieronymus, ipsique ad eò Papæ, Nicolaus & Innocentius, referente Gratiano, quanuis lege Iulia aliter sit cautum.

Quæritur & illud à nonnullis, An teneatur innocens persona nocentem deferre. Sunt enim nonnulli vsque ad eò in nescio quam charitatem propensi, vt quiduis dissimulare summæ laudi tribuant. Sunt contrà quidam vsque ad eò rigidi vt nisi omnia palàm fiant, atque ad eò ad Magistratum referantur, nimium indulgeri vitiis arbitrentur. Ego neutris assentior, qua de re nobis nō placet hoc loco *δεπκῶς* disputare. Tantum dico in adulterij crimine, quod ita graue est vt publicum meritò censeatur, rectè mihi facere videri, qui, si modò probè constet, minimè ad illud conuiuent, sed Magistratui in primis indicant. Hoc autem

August. de adult. con. lib. 1 c. 8.  
Hieron. in epitaph. Fab. c. 19. 20. 22. & 23. 32. 9. 5. lib. Sent. 4. dist. 35. l. 1. C. ad l. Iul. de adult.

Magistratui celari bona consciētia vix posse adulterium.

facere maritum vel vxorem præcipuè decet, ne, dum præpoſtera charitate alienum peccatum fouët, iuſtam lenocinij ſuſpicionem incurrant.

Obiect. 1.  
Refut.

Ergo, inquires, non licebit priuatam iniuriam condonare? Reſpondeo, non modò id licere, verùm etiam faciendum præcipi. Sed præterquàm quòd in cuiusmodi criminibus maior eſt Reipub. quàm noſtri ipſius habenda ratio, errat meo quidem iudicio vehementer, nec procul abeſt ab Anabaptiſmo, quiſquis cum Sebaſtiano Caſtallione putat non poſſe nos abſque odio vel malo iniuriæ vindicandæ affectu Magiſtratu ſources indicare, aut ius etiam noſtrum apud iudicem perſequi. Itaq; nihil ad rem ſpectant quæ de Chriſtiana in cõdonandis iniuriis facilitate hoc loco à nonnullis inculcantur. Nam certè Chriſtiana charitas malis non fauet.

Obiect. 2.  
Mat. 2. 19.

Obiicitur tamen Iosephi exemplum, qui clàm voluerit Mariam ſponſam, quam grauidam deprehenderat, dimittere, eoque nomine vt diximus, id eſt, vir probus, neque ſui iuris tenax, commendetur. Reſpondeo Iosephum feciſſe quod probum virum decebat, quum in re dubia quàm moderatiſſimum conſilium eſt ſequutus. Ea enim erat procul dubio Mariæ ſanctimonia, vt adul-

Refut.

adulteram esse Iosephus sibi persuadere non posset. Eminens tamen vterus prægnantem esse demonstrabat, vt omnino ab aliquo grauidatam esse existimaret, eius videlicet rei quæ extra ordinem contigerat ignarus. Quid igitur faceret? nempe quum grauidam esse constaret, constituit sibi nulla ratione retinendam, nec tamen temerè accusandam esse vt adulteram, quæ extra tanti sceleris suspicionem esset: ideoque, re tota Domino commissa, dimittere quidem illam, sed clàm, voluit, ne ius suum rigidè persequendo in eam peccaret. Itaque tum in eo iustus fuit quòd sponsam, quam ab alio stupratam vterus ostendebat, ducere noluit, tum in eo fuit ἐπιεικής, quòd in re incerta, num videlicet ἀπὸ μοιχείας, (quod crimen publicum fuisset & capitale) at potius ἀπὸ πορνείας, ante sponsalia nimirum, ab alio stuprata fuisset, (quod si ita esset, priuata erat iniuria, & illa ex parentum consensu nubere stupratori, non tamen sine aliquo suo dedecore, tenebatur) id demum consilij cepit quod & suæ conscientix tutissimum, & eiusmodi sponsæ quam meritò reuerebatur, quàm minimè ignominiosum erat. Nos autem de certo demum & comperto adulterio loquimur, quod taciturnum fuisse Iosephum

ego quidem vix arbitror. Ergo, vt ad rem redeam, rectè & prudenter mihi facere videntur qui compertum adulterium ad Magistratum referunt.

**Ob. 2.3.** Nec ignoro alios esse in ea sententia, vt in hoc etiam crimine primùm velint priuatam admonitionem saltem inter amicos præcedere: deinde tum quoque quum palàm facta res est, aut etiam fœtus est conceptus, vel adeundam potiùs Ecclesiam quàm Magistratum, vel certis personis factum indicandum, vt supposititium puerum liceat abdicare. Sed ego quidem videre non possum quì non hoc sit ad tantum crimen plus æquo conuiuere, quod etiam si facias quid inde consequetur? Certè si adulteram personam nihilominus retineas, nō video quì possis lenocinij suspicionem

**Refut. 1.** euadere (quod etiam rectè Chrysostronus monet) quancunque charitatem prætexas: **c. 1. & 4. 31.** sin verò dimittas non conuictam, **q. 1. c. 1. & 3. 33.** Canones ipsi pœnam tibi imponunt, & officium est **q. 2. Vide 1. 12.** Magistratus si quid eiusmodi eueniat, causas istiusmodi discessionum ex quibus **C. ad legem Iul. de adulteriis.** maximi tumultus oriuntur, inquirere. Itaque eòdem tandem, quanuis alio circuitu, relabaris oportet. Præterea, etsi aliud spectat Ecclesie quàm ciuile iudicium, qua tãdem cōscientia Seniores Magistratum celabunt

**2** quod

quod ex legibus puniri Reipublicæ maxime interest? & qui hoc fecerit verbi Minister qua fronte Magistratus in officio cessantes reprehenderit? Dixi quid hîc mihi videatur. Suû cuique iudicium liberû esto, modò ex verbo Dei vnusquisque sapiat.

Huic quæstioni altera affinis est, An in conscientia foro (de hoc enim vno differimus) nocentem personam conuictam teneatur innocens ablegare, an verò pœnitentem rursus recipere: qua de re neque inter veteres, neque inter recetiores multos, grauissimos alioqui Theologos, conuenit. Liccat verò mihi, quâdo quidem hoc mihi munus incumbit, nō vt leges cuiquam præscribam, sed ne vos incertos dimittam, sententiam quoque meam indicare. Dico igitur ingenuè, illos quidem mihi nimium aduersus nocentem rigidos, istos verò nimium faciles videri: ac proinde me neutris assentiri. Expendamus tamen vtriusq; partis argumenta. Qui nolunt retineri, has rationes afferunt:

Primùm obiicit Hieronymus, virû quoque sic fieri sub maledictione, putà si adulteram retineat. Respondeo, non fieri peccati vxoris participem maritû, quo infcio neque occasionem præbente, fuerit adultera: & modò post peccatum compertum

An innocens persona dimittere. an verò recipere nocentem teneatur.

1. Argumentorum qui adulteram non posse retineri censent. Hieron. in Matth. 19. Respõsio.

officium fecerit in illa coarguenda, & ad pœnitentiam adducenda, etiam si illam postea in gratiam recipiat.

2. Argum.  
Prou. 18.  
Responso.  
Vide c. 10.  
32. q. 1. & c.  
3. Extrà,  
de adult.

Obiicit etiam illud Solomonis, *Qui tenet adulteram, stultus est & impius.* (Nam in Grecis codicibus legitur ἀσελῆς, quum Latini codices habeant *insipiens.*) Atqui præterquàm quòd hoc dictum non est in codicibus Hebræis, necessariò accipiendum est de eo qui ad vxoris adulteria cõniueat, quam seordiam leges quoque Ciuiles vt lenocinij speciem damnant: nos autem de eo loquimur qui fecerit quod honestum virum decet, & de adultera muliere respicientiam testante.

3. Argum.  
Bucer. de  
regno Chri  
sti, lib. 2. c.  
32. & 33.  
Deut. 24. 3.

D. Bucerus autem (piæ memoriæ vir, sed à quo in hoc quidem argumento cogor in multis dissentire) duobus aliis multò in speciem vehementioribus argumentis nititur. Citat enim in primis locû illum Moïsi, in quo prohibetur maritus eam quam dimiserit rursum ducere alijs postea nuptâ, à quo vel morte vel alia ratione fuerit liberata: & additur ratio, *Quoniam ipsa polluta est.* Sic autem ex hoc loco argumentatur D. Bucerus: Si polluta dicitur quæ post diuortium alteri nupsit, (quod tamen ei concedebatur) ideòque à priore marito duci non potest, multò magis censenda est polluta



polluta quæ adulterium cōmisit, ac proinde à marito retineri vel repeti non potest. Respondeo, hæc verba Mosis, *ואשר הטמאה*, Responſio. non rectè conuerti, *quia polluta est*, quum potius oportuerit interpretari verbum è verbo, *quia facta est polluere se*, id est, quia in causa est iste prior maritus cur illa sese polluerit. Est enim illud verbum ex duplici coniugatione compositum, nempe Hophal & Hithpael. Rectè autem dicitur istiusmodi mulier sese polluisse, quoniam eiusmodi diuortia etsi lege ciuili tolerabantur, tamen in foro conscientie nunquam licuerunt, sed culpa penes desertorem siue penes eum residebat qui diuortij libellum dabat. Est igitur huius legis ratio peculiaris, quoniam videlicet qui vxores dimittebant, eas quodammodo aliis prostituebant, facta ipsis ad alium virum transeundi potestate, ideòque planè quædam videri potuisset vxorum commodatio, (quod turpe ac nefarium scelus fuisset) si soluto altero matrimonio prius illud licuisset redintegrare. Catonis enim illud factum suam Martiam Hortensio commodantis, nullus vnquam satis honestus vir, opinor, ex animo probauit.

Altera D. Buceri ratio hæc est: Quum 4. Argum. voluerit Dominus adulteros lapidari, con-

**Responſio.** ſequitur noluiſſe à maritis retineri. Reſpondeo, rectè omnino facere Magiſtratus qui capitali pœna adulteros puniant: ſed hinc minimè conſequi nefas eſſe maritis (ſi ceſſent Magiſtratus) vxores reſipiſcètes ex charitatis Chriſtianæ norma recipere. Lex enim illa quid facere Magiſtratus, nō quid facere priuatos oporteat, præſcribit. Itaq; ne his quidem argumentis moueor.

**I** Qui verò alterum extremū amplectuntur, (quorum præcipuus eſt Auguſtinus) & omnino teneri maritum exiſtimant reſipiſcentem vxorem recipere, his rationibus ducuntur. Aiunt velle Apoſtolum vt vxor viro recōcilietur: ergo idem quoque à viro flagitare. At qui iam antea reſpōdi, Paulum ibi non de vero diuortio quod fit ob adulterium, cauſa cognita, ſed de ſimultatibus ac rixis agere, quæ faciūt interdum vt alter ab altero ſeccedat.

**2. Argum.** Volunt præterea nos imitari Chriſti factum, qui adulteræ ignouit. Neque verò dampnandum cēſeo qui vxorem reſipiſcentem recipiat, ſed hoc quæro, an vir omnino id facere teneatur: quod non arbitror, quum multæ aliæ iuſtæ cauſæ eſſe poſſint cur adulteram quantunuiſ reſipiſcentem in thorum rursus non admittat, qui tamen alioqui illatam ſibi iniuriam ex animo condonauit.

**Argumēta**  
**eorum qui**  
**reſipiſcen-**  
**tem per-**  
**ſonam no-**  
**cērem ne-**  
**ceſſariò in**  
**thorū rur-**  
**ſus recipiē-**  
**da putant.**  
**Reſponſio.**  
**1. Cor. 7. 11.**

**2. Argum.**  
**Ioh 8. 11.**  
**Reſpōſio.**

donavit. Illud certè ex hoc loco elici non potest, quum nihil tale declarent Christi verba.

Non est maioris momenti alterum illud quod obiiciunt, oportere nos videlicet Dei imitatores esse, qui sæpe scortatam Ecclesiam recepit, imò etiam fugientem blandissimè reuocavit, sicut nominatim per os Jeremiæ testatur. Nam præter illud quod modò dicebam, si hæc reconciliatio vsque ad thori repetitionem esset necessaria, consequeretur illos peccasse qui legem illam Mosis seruarunt cuius ibi facit mentionem Ieremias: quod absurdum est dicere, quum eam è contrario seruari oportuerit.

3. Argum.

Ierer. 3. v.  
Responso

Proferunt quoque Davidis exemplum qui Michol quamvis alteri nupsisset, repetiit. nempe quoniam neque ipse eam dimiserat, neque illa ex sua voluntate, sed patris metu adacta, novas nuptias inierat. Nam alioqui David illam repetens contra legem fecisset, ut quæ alteri nupsisset. Quorsum hoc autem ad coniugium vero ratum quæ diuortio diremptum? Deinde, ut modò dixi, non nego posse iterum admitti adulteram resipiscentem, sed hoc quæro, an ad hoc quispiam in foro cõsciëntiæ simpliciter teneatur: quod nõ puto: sed post modestam Ecclesiæ adhortationem adhibitam, vnumquæque

4. Argum.

1. Sam. 25.

44

2 Sam. 3. 1

14.

Responso. 1

2

suæ conscientiæ reliquendum, quo iure in hac Ecclesia Geneuensi utimur.

5. Argum.

e. 1. & 2. &

4. 32. q. 1.

Respons. 1.

Itaque contrarios canones vel de eo intelligendos dico, qui aut compertum scelus prorsus dissimulet, aut ante resipiscentiæ testimoniū, quod fieri non potest quin sceleri faueatur, nocentem vltro admittat: vel prorsus reiiciendos. Illud verò probo quod alicubi ex Arlatensi quodam concilio decernitur, nempe vt *vir non debeat* (id est, non teneatur: est enim Gallicismus quem glossator non intellexit) *sape recipere peccatricem*. Nā ita illa seueritas, cuius pau-

Syno. Neo.

cafar. cā 13

6. Argum.

lō antè meminimus, temperatur. Cæterum & illud expendendum nobis est quod de eo cauent cuius vel ante vel post ordinationem vxor adulterij conuicta fuerit, nempe vt, *si ante ordinationem id contigerit eiusmodi quispiam ad Ministerium non accedat: sin verò post ordinationem, debeat* (id est, teneatur) *eam dimittere: quòd si cohabitet, non possit Ministerium suum exequi*. Hoc,

Responsio.

inquam, est peculiariter nobis considerandum. Videtur enim tum eo fundamento niti quòd disertè iubet Apostolus inquiri in familiam quoque Episcopi vel Diaconi eligendi, an videlicet ei bene præfuerit, quod is meritò præsumitur non fecisse cuius domus est adulterio contaminata: tum

etiam

etiam eò pertinere quòd idem Apostolus velit ministrum Ecclesiæ deligi ἀνεγκλιπεν. Videtur enim in ipsum virū quodammodo istius flagitii dedecus redundare. Itaque censuerim ego non temerè deligendos esse quibus tale quippiam quantumuis innocentibus exprobrari possit. Sed quum optimis etiam viris non rarò nulla sua culpa tale quippiam obtigerit, quorum virtute & industria optimè possit alioqui Ecclesia gubernari, nisi summum hoc ius aliqua ἐπιείκεια temperetur, vereor vt in summam iniuriam euadat. Deinde quum ita occasio vel maxima nunquam recipiendæ quantumuis resipiscentis adulteræ iis manifestè præbeatur quos tamen charitatis & mansuetudinis Christianæ exemplo præire cæteris oportuit, miror quid Augustinus, tantopere istam coniugij redintegrationem vrgens, adhæc fuerit responsurus.

Postremò libet quoque hîc inquirere in quendam iniquissimum canonem Basilio attributum, in quo difertè dicitur retinendos esse à mulieribus maritos etiam adulteros, & cum scortis sese volutantes: adèò vt ea quidem quæ marito ob eam causam dimisso ad alium virum transferit, adultera sit, quæ verò cum viro quopiam sic ab vxore dimisso cohabitet, non itidem

7. Argum.  
Epist. ad  
Amphil. 1.  
can. 9. & 21

Respōſio,

adultera cenſeatur. Huius verò tam iniqui canonis quis tandem approbatorem fuiſſe tantum virum vel ſuſpicari poſſit? Sed agè, quicumquè tandem ſit illius auctòr, rationes quibus utitur expendamus. Primùm manifeſtè fatetur ex Domini verbalicere ex æquo tum viris tum vxoribus ob adulterium à coniugio recedere: ſed dicit contrariã, quod ad mulieres attinet, conſuetudinem inoleuiſſe. Quafi verò audienda ſit, ac non potiùs millies deteſtanda conſuetudo verbo Dei repugnàs. Quam igitur iſte, quiſquis eſt, ( Baſilium enim eſſe vix quiſquã vnquam mihi perſuaſerit ) paulò poſt ex conſuetudine contra verbum Dei iudicat, quis tandem ſani iudicij vir illi aſſentiat<sup>2</sup>? Sed hoc etiã intolerabilius eſt, quòd iſtum morè non contentus Eccleſiaſticam conſtitutionem vocare, quaſi Eccleſia ſit habenda quæ contraria verbo Dei decernit, audet etiam aliis Scripturæ testimoniis eam confirmare, ac ſi videlicet Spiritus ſanctus à ſeipſo diſſentiat. Quænam autem illa ſunt? *Qui adheret meretrici, ſit cum ea vnum corpus. Ergo vir ab vxore adultera teneatur diſcedere.* Cur verò non itidem quoque in alteram partem conſtituas, Quæ cum adultero coit, in vnã etiam carnem cū eo coaleſcere? Sed Ieremias ait, *mulierem quæ*

*cum alio viro fuerit, nō reuersuram ad virum, quoniam pollutione sit polluta.* Concedo: sed vt ea omittam quæ de hac lege paulò antè diximus, si ita libet pro viro aduersus mulierem argumentari, cedo cur non eadem ratio in vxore aduersus maritum obtineat? Sed scribit Solomon, *eum qui retineat adulteram stultū esse & impium.* Esto. At cur nō itidem stulta & impia dicatur quæ virum adulterum ferat? *Sed quī scīs mulier, an virū sis seruatura?* Atqui constat hæc Apostoli verba scribi de coniugio fidelis cum infideli, siue Christianæ cum prophano, ac proinde manifestè torqueri quum aliò trahuntur. Demus tamen appositè citari. <sup>3</sup> Cur non rursus idem in alteram partem ex eodem Apostoli loco statuamus? Sed & <sup>4</sup> contrà quàm hic canon dicat, non inusitatū fuisse in Ecclesia vt sanctæ sceminæ à maritis adulteris separentur, tum ex Hieronymo, tum ex Eusebio liquet, quanuis, vt Innocentius scribit, non ita facilè mulieres viros suos accusarent: & meritò quidem, tum propter sexus pudorem, tum propter reuerentiam quæ marito ab vxore debetur donec conuictus adulterij maritus esse desierit. Itaque vt paucis dicam, isto Canone, quātum quidem ad hoc

Hier. in epistolap. Fab. Euseb. Eccles. histor. lib. 4. c. 17. ex Apologia Iustini prioris initio, c. 23. 32. 9. 5.

attinet, nihil certè ineptius, & vix quicquã aduersus Dei verbum contumeliosius in hoc argumento dici potuisse credo: vt vel ex hoc vno fatis constet qua fide iam olim ita scripta sint, & quàm malè cõsulant Ecclesiæ qui non ex Dei verbo, sed ex istiusmodi nescio quibus Canonibus dirimendas Ecclesiæ controuersias somniant. Meritò igitur istam pessimam cõsuetudinem, admonet interpres Zonarcus, emendauit Iustinianus statuens licere vxori diuortium facere ab eo marito qui in eadem domo vel vrbe cum altera consuescat, quanuis ne hæc quidem eiusdem domus aut vrbis circumstantia fatis rectè videatur à Iustiniano adiecta.

Quæritur hoc quoque, An quum vtrique incidit adulterium, audiendus sit qui diuortium petit. Respondeo, me iis assentiri qui accusatoris impudentiam coercendam putant, nedum vt audiatur, vel auditus obtineat quod petit. Neque id duntaxat nititur æquitate, verùm etiam argumẽto quod ex verbo Dei expresso peti potest.

Adulterũ  
aduersus  
adulteram  
audiẽdum  
non esse.  
32. q. 6.  
Deuerr. 22.  
19.

Nam si cogitur vxorẽ suam perpetuò retinere (dandi videlicet libelli diuortij facultate priuatus, quæ alioqui Israelitis ob cordis duritiem erat concessa) qui vxorem suã violatæ pudicitie immeritò accusauit: sanè

peius



peius facere videtur qui hoc ipsum adulterij crimen ei audeat exprobrare, quod ipsemet in eam commisisse coarguatur. Verum quum & Reipublicæ maximè interfit adulteria puniri, & Ecclesia ferre ista dedecora minimè debeat, etiam si reciproco adulterij crimine probato, diuortium non concedatur, sed ad mutuam reconciliationem coniuges quodammodo sint adigendi, tenentur tamen & Magistratus & *ἑπισκοπὸς* officio suo defungi.

Dubitatur etiam an perpetua sit adulterij accusatio, siue an innocenti semper sit integrum nocentem accusare. Hic verò dicitur ipsa ratio, cum videri iuri suo renuntiasse, siue iniuriam sibi factam cōdonasse, qui cōperto adulterio vel manifestè semel in gratiam cum nocente redierit, vel dissimulata iniuria ab eius usu coniugali non abstinuerit. Verum ne tum quidem esse vel Magistratui vel Presbyterio conueniendum res ipsa demonstrat.

Postremò dicendum aliquid videtur de Canonicis, quas vocant, siue Ecclesiasticis adulterij pœnis. Basilio inscriptus canon quindecim annos adulterij pœnitentiæ statuit. Septennium ad pœnitentiā olim fuit adulteriis laicis indictū: postea quinquennium. Ei qui peracta pœnitentia relapsus

Perpetuam  
adulterii  
accusationem non  
esse.

De Canonicis pœnis adulterii.

Basil. epist. ad Amphi. canon. 58. Conc. Ancyr. c. 20.

efflet, ne in fine quidem dari vult commu-  
 nionem concilium Eliberinum. Quid por-  
 rò mihi de illis definitis pœnitentiæ spatiis  
 videatur iam antea dixi, & constat modera-  
 tis hominibus nunquam istam determina-  
 tionem præcisè placuisse, quod nō tantum  
 liquet ex illa insigni Cypriani ad Antonia-  
 num epistola, verum etiam ex iis quæ ex  
 Hieronymo & Augustino citat Gratianus.  
 Sed in genere quod quibusdam ne in fine  
 quidem pacem dari volunt, arbitror pror-  
 fus intolerabile, nisi de iis accipias qui pec-  
 catum nūquam agnoscunt: & assentior po-  
 tiùs Chrysofomo qui perpetui in perso-  
 nas anathematis vsus ex Ecclesia tollen-  
 dum rectè, meo iudicio, existimavit. Quòd  
 autem in Ecclesiastico munere constitu-  
 tos, & postea adulterij conuictos semel à  
 Ministerio excludunt, rectè omnino con-  
 stitutum videtur: ac proinde grauius om-  
 nino peccare qui eiusmodi homines  
 postea summo cum Ecclesiastici Ministe-  
 rij dedecore rursus admittunt. Sed aliud  
 est ab Ecclesiastica functione, quàm ab Ec-  
 clesiæ sinu in perpetuum arcere. Illud om-  
 nino faciendum arbitror, istud vt chari-  
 tati Christianæ planè repugnans detestor.  
 Quòd autem cum non admittunt ad Mini-  
 sterium cuius vxor fuit adultera, itémque à  
 Mini-

Eliber. cō-  
 cil. c. 69. &  
 7.

Suprà pa-  
 gina 80.

Cypr. lib.  
 epist. 2.

c. 84. & 86.  
 de pœn.  
 di. 1. Neo-  
 cæl. Syno.  
 c. 3.

c. Apostol.  
 61. Neoc. c.  
 1. & 3. &  
 10. c. 12. &  
 13. & 14. &  
 15. dist. 81.

Ministerio excludunt eum qui adulteram non reiecerit, quatenus temperandum arbitrer paulò antè dixi. Quòd verò Clericis c. placuit. 33. q. 2. concessum est Tolet. concil. I, vxores adulterij conuictas domi vinctas tenere, & ieiuniis, nō tamen mortiferis, macerare, non tantum vt iniquū, verum etiam vt cum manifesta iurisdictionis Ciuilis violatione cōstitutum repudio. Quid enim iniquius est quàm eius arbitrio qui iniuriam accepit, nocentem permitti? & quorsum hanc Clericis in delinquentium corpora potestatem? Sed iam tum nimirum incauti Principes ab ambitiosis Episcopis decipi se patiebantur, ornandæ scilicet & amplificandæ Ecclesiæ obtentu. Sed & illud cuiusmodi c. 11. 33. q. 2. tandem est, quòd postquam publicæ septenni pœnitentiæ adulteros adstrinxerūt, idque ridicula prorsus allata ratione, id etiam amplius decernunt, vt post solennem istam pœnitentiam matrimonium contrahere non liceat: adeò quidem vt Syritium c. 12. Ibidē & ibi glos. Papam non pudeat eos qui secus faciant, vocare canes & fues ad vomitus pristinos & volutabra redeuntēs, ipse potiùs canis & porcus impurissimus appellandus: *Quia*, inquit belli canonum interpretes, *solenniter pœnitentes intelliguntur vouisse.* Itaque c. 13. & 14. Ibidem, & ibi glos. Leo Papa meritò postea decretum istud

iniquissimum abrogavit, quum neque pœnitentia solui contractum coniugium, neque postea contrahendum impediri diserte scriberet, in eo tamen Papissans, quòd id non nisi ex veniali indulgentia concedi adolescentibus putat, quod Apostolus expressis verbis præcepit omnibus qui continere non possunt: ex quorum sanè numero vel ij maximè fuerint qui in scortationem vel adulterium incidisse ipsius pœnitentiæ publicæ testimonio plus satis probantur. Itaque quod ibi garriunt interpretes de publicæ & priuatæ pœnitentiæ, itémque contracti vel contrahendi coniugij discrimine, futile & inane est commentum, quum plana sint Leonis verba blasphemis Syritij ex diametro repugnantia. Ridiculum autem est vel maximè quod

V I I I. Toletano concilio tribuitur, nempe ut si adolescens adulterij conuictus post publicam pœnitentiam timuerit incontinentiæ lapsus, liceat quidem ei ad pristinũ coniugium redire, *sed quousque, inquit, possit adipisci temporis maturitate continentia statum: quod nos ut de viris, ita & de fœminis æquo modo censemus.* Imò verò, boni Patres, iniquissimo vtrinque modo. Unde enim, obsecro, ista temporaria coniunctio, & quod tandem eius exemplum inter honestas

c. 19. Ibid.

honestas personas inuenietis? Quid si verò innocens hanc conditionem recuset? quis etiam istud maturitatis tempus definit? sacerdos scilicet suo arbitrio faciet continentes quos & quandiu libuerit. En quò recidere oporteat à verbo Dei discedentes. Omitto quòd & Iustinianus, & Leo Imperator, in gratiam videlicet Episcoporum quibus iam tum summæ curæ fuit adulteria excusare, detrudi iubent adu-  
 Iustinian. Nou. 34. & Leo. Nou. 32.  
 leram mulierem in monasterium, sic nimirum ipsi erepta omni coniugij spe, nisi à viro intra biennium repetatur. Hoc, inquam, omitto, quoniam hoc loco non est nobis propositū de ciuilibus adulterij pœnis disputare. Tantū dico, longè præstitisse semel necare adulteram, sicut iure diuino & ciuili verè legitimo cauetur, quàm præposteræ clementiæ prætextu vitam illi ad corporis simul & animæ æternum exitium prorogare. Quid enim aliud est ad perpetuam continentiam aliquem vel inuitum cogere, vel imprudentem allicere, quàm certissimo mortis æternæ periculo ipsum exponere? Itaque nihilo rectius fecerunt qui de Clerico adultero idem statuerūt. Verū quorsum hoc interdictum, nisi vt eius obtentu boni Pontifices pecuniam à suis clericis emungant? Sic enim

non puduit scribere Alexandrum tertium  
 vt ipsi volunt, perpetua sanè cacolycæ il-  
 lius sedis ignominia, *Episcopi*, inquit, *pos-*  
*sunt cum presbyteris suis dispensare de adul-*  
*teris* (etiam igitur pluribus) & *aliis L E-*  
*V I O R I B V S C R I M I N I B V S.*  
 En quo spiritu iam pridem sedes illa rega-  
 tur. de diuortiis quidem propter adulte-  
 rium hæctenus.

Defertio-  
 ne solui  
 matrimo-  
 nium.

1. Cor. 7. 15

Ibidem 12.

c. 7. Extrâ,  
 de diuor.  
 §. Si enim.

Nunc de desertione nobis dicendum est,  
 qua videlicet dissolui quoque rata & iam  
 consummata matrimonia ex Dei verbo  
 eousque affirmauimus; vt qui desertus est  
 seruituti non sit obnoxius. In primis autem  
 dicendum videtur quis sit desertor vocan-  
 dus. Desertorem igitur eum appello, cui, vt  
 loquitur Apostolus, non placet cohabita-  
 tio, id est, qui indiuiduam illam vitæ con-  
 suetudinem penitus abruptit. Nec enim co-  
 habitationis siue *ὀφθαλμῶν ἀνοίας*, id est, de-  
 bitæ beneuolentiæ nomine intelligitur dun-  
 taxat corporum copulatio, quàm barbarè  
 vulgò vocant *debiti redditionem*, sed mutuus  
 ille conuictus, atque adeo summa in omni  
 sancto vsu vitæ coniunctio. Adde autem  
 illud *sancto*, vt sciamus eum quoque deser-  
 torem esse habendum qui cohabitationem  
 quidem non deneget, verùm impias con-  
 ditiones pertinaciter requirat. Præterea  
 quum

quum variæ similtates & rixæ ob religionis diuersitatem incidant, eò vsque interdum efferuescentes vt secessio consequatur, adiiciendum est & illud, non priùs videri desertorem quempiam, quàm de eius qui religionis odio cõsuetudinem vitæ abruptit, penitus obfirmata voluntate constiterit. Quoties ergo tale quippiam inciderit in coniugio impari, id est, quoties infidelis quispiam odio veræ religionis, penitus abrupterit sanctum illum indiuiduæ vitæ coniugalis vsum, matrimonium quantunvis antea ratum dissoluitur: nullo prorsus factò discrimine, an quum matrimonium cõtraheretur, vtraque persona esset infidelis, an altera dũtaxat: an verò vtraque fidelis, quarum altera postea ad hæresim aut impietatem defecerit. Apostolus enim in genere pronuntiat, *Si discedit infidelis, discedat: non est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi*, id est, quum quippiam huiusmodi incidit. Seruitutis enim nomine nihil aliud quàm coniugij obligationem commodè possis intelligere.

Quædam tamen superioribus opponuntur, ac primùm quidem illud: Si matrimonium sic dissolutum dicamus, videri irritum fieri verbum Christi quo statuitur coniugium vnico adulterio dirimi. Respon-

1. Cor. 7. 15

I  
Argumen-  
tum in cõ-  
trariã par-  
tem.  
Responf. 1.

dent nonnulli, Apostolo spiritu Dei prædito licuisse aliquid adicere illi Christi sententiæ, id quod non tam Apostolus quàm ipsemet Christus per os Pauli loquens fa-

2 cere videatur. Ego verò etsi verissimum esse agnosco quod de Apostolica auctoritate in hoc respõso dicitur, tamen respondere malo nihil prorsus à Paulo adiectum fuisse Christi sententiæ. Quid igitur respondit Christus? Solo adulterio dilolui coniugium. Quid Paulus fideles alloquens? *Vxor à viro ne discedito: Vir uxorem ne dimittit.*

1. Cor. 7.  
10. & 11.

Loquitur autem (vt suo loco diximus) de diuortiis quæ ob quasuis causas Iudæorum peruicaciæ concedebantur: nec adulterij meminit, veluti bene ominans Christianorum coniugiis. Quid verò idem Paulus de impari matrimonio? *Fidelis infidelem consentientem cohabitare ne deserito.* Ergo ne hîc quidem Paulus aliud quàm Christus. Sed quid si discedat infidelis? Hîc verò non dicit Paulus rectè illum facere: (ita enim videri posset euertere Christi dictum, & plus iuris infideli quàm fidei tribuere:) sed, *discedat*, inquit, id est, quandoquidem non vult in officio permanere, maneat sanè in suo peccato, & hoc illi imputetur. Non dicit etiam Apostolus licere vicissim fidei discedere. Fuisset enim hoc absurdum,

1. Cor. 7.  
12. & 13.



absurdum, quia satis intelligitur desertam personam quam recipere nolit infidelis, cogi extra consortium eius permanere à quo est deserta. Itaque ne in his quidem Paulus quicquam adiecerit Christi sententiæ. Superest vnum illud, quòd quum dicat Christus eum qui extra causam adulterij uxorem dimittit, facere vt ipsa mœchetur, & vicissim eum qui alia de causa dimissam ducat, mœchari, satis ostendit eiusmodi diuortia nunquam in foro cōscientiæ licuisse, ac proinde sic dimissam mulierem non potuisse absque peccato alteri nubere: at Paulus negat fidelem fratrem aut sororem obnoxios esse personæ infideli desertrici. Hoc verò si ita accipiendum esset, non tam deprehenderetur Apostolus aliquid adiecisse Christi dicto, quàm contrarium prorsus decernere: id quod vel suspicari de Paulo nefas est. Quid ergo? nempe rogatus Christus de coniugiis Iudæorum, id est, inter fidelem vtranque personam contractis, ( omnes enim circumcisi censentur fideles ex professione externa ) de iisdem respondit, neque ipsius responso Apostolus quicquam addidit: de impari verò coniugio neque interrogatus est, neque quicquam profectò respondit. Ideo Paulus de hac quoque quæstione à Corinthiis

interrogatus, primùm vtitur præfatione, *Reliquis dico ego, non Dominus*: deinde ex Spiritu Dei respõdet. Quî verò possit meritò videri Apostolus quicquam adiecisse Christi respõsò, quum de vna specie interrogatus fuerit Christus, nèpe de pari coniugio: de altera verò, id est, de impari coniugio Paulus respõderit? Cur autem in hoc genere diuortij, cuius meminit Paulus, quû videlicet infidelis fidelem odio religionis deserit, aliud statuatur quàm in eo de quo differit Christus, quum nimirum ob fastidium alterius, aut aliam eiusmodi occasionem diuortij libellus datus fuerat, causæ facile coniiici possunt. Nam certè qui veræ religionis odio mēbrum Christi à se abiicit, dignissimus est qui eo priuetur. Deinde in aliis illis diuortiis præsumptum meritò fuit aliquid esse vitij in ea persona quæ dimittitur, quoniam vix fieri potest vt temerè prorsus quispiam vxorem repudiet: in ea verò quæ ob vnum veræ religionis odium dimittitur, quid tandem culpæ esse possit? Itaque dimissam personam planè iniquum esset luere impij desertoris culpam, quod fieret tamen si impij desertoris arbitrio maneret obstricta.

2. Argum. Obiicitur & illud, quòd nomine seruitutis intelligi possint varia vel vxoris vel mariti

mariti officia , quæ præstare persona fidelis deferta non teneatur , imò ne maritum quidem desertum teneri, desertricem infidelem sequi, quod alioqui facere vxor eius teneatur: inde verò non effici dissolutum esse ipsum coniugium. Respondeo, merum Responso 1.  
 hoc esse commentum , quum generali nomine seruitutis vsus sit Apostolus , id velle excipi quòd penè vnum meretur seruitutis nomen, nempe quòd qui est in coniugio, non sit corporis sui dominus. Deinde <sup>2</sup>  
 quum hoc ita explicatur ac si diceretur fidelẽ non teneri sequi discedentem infidelem, ineptè hoc tribuitur marito fideli, quoniam maritum non teneri ad sequendam vxorem certum est, quum potius illã fugientem repetere ac reuocare possit. Itaque omnibus non contentiosis constare puto, quum dicatur à Paulo frater vel soror seruituti non subiici, intelligi abruptum esse omne coniugalis obligationis vinculum.

Ex his autẽ arbitror liquere quid statuendũ sit de cohærente alia quæstione, An videlicet soluto desertione matrimonio, Licere soluto desertione matrimonio, aliud inire  
 fas sit desertæ personæ, superstiti adhuc desertrice, aliud matrimoniũ inire. Nam si (teste Apostolo) desertus non est seruituti 1. Cor. 7. 39  
 obnoxius, consequitur à lege alterius ( vt idem Paulus ibidem loquitur, ) id est ab

omni eo iure quo persona desertrix cū ob-  
 1. *Cor.* 7. 39 strictum tenebat, liberatum esse. Quòd si  
 liber est, ergo solutum est vinculum. Cur  
 igitur si continere non potest, matrimonij  
 remedio, contra doctrinam Apostoli, pri-  
 uabitur, modò nubat in Domino? Itaque  
 c. quanto  
 Extrà, de  
 diuortiis.  
 Suprà pag.  
 135. ne Canonici quidem nostri matrimonium  
 denegant desertæ personæ, in eo tantùm  
 peccantes quòd doctrinam Apostolicam,  
 quæ vniuersalis est, ad certam speciem fal-  
 sis distinctionibus restringunt, vt in supe-  
 riore tractatu diximus. Agè tamen contra-  
 rias rationes expendamus.

I Primùm obiiciuntur pleraque ex iis quæ  
 suprà diluimus aduersus eos qui matrimo-  
 nij vinculum adulterio dissolui negant. Su-  
 peruacanea autem esset eorundem re-  
 petitio.

Contraria  
 argumēta.  
 2. Argum.  
 Refutatio.

Secundo loco sic colligunt, infidelis de-  
 ferens putare potest se non peccare, quod  
 in adulterio locum non habet. Quid si igitur  
 postea resipiscat, & velit ad fidelem  
 reuerti, quare hoc illi integrum non erit?  
 Videtur autem illi præcludi omnis spes  
 reditus, quum nouum matrimonium de-  
 sertæ personæ conceditur. Respondeo, e-  
 uenire quidem posse vt superstitione qua-  
 dam deserat infidelis fidelem: sed excipio  
 inexcusabilem esse eiusmodi superstitionem,

nem, quoniam constat ex communi gentium iure rata & firma esse oportere matrimonia etiam cum infidelibus contracta, sicut suo loco declarauimus. Quòd si eò usque tolerandi essent eiusmodi superstitionosi, vt quoties aliquis ab eis iniuriam accepit, teneretur ipsius resipiscentiam tam diu expectare, vt interea iure suo vti nunquam posset, infinita certè incommoda consequerentur. Ergo toleretur quidem supersticiosus desertor quantum & quandiu fieri potest, atque ad eò tententur omnia vt in viam redeat: fidelem tamen iniquum est ab eo semel excludi, à quo pendet ipsius conscientiae tranquillitas.

At enim (inquiunt illi) sic malè audiet <sup>3. Argum</sup> Euangelium. A quibus, obsecro? Nam in- <sup>Responsio</sup> fideles infidelem conuersum ad fidem damnabunt omni modo propter conuersionem, ac proinde vitari illud offendiculum non potest, nec curari etiam magnopere debet. Infidelem autem permanentem in infidelitate, vel confirmabunt in proposito desertionis, ac proinde non offendentur quòd redeat: vel ad tempestiuè redeundum hortabuntur, ac proinde non redeuntem accusabunt: nulli autem fideles nouo eiusmodi matrimonio meritò offendentur, si priùs illa quæ dixi obseruentur.

4. Argum.

Judith. 8.  
10. & 11.  
Respōſio 1.

Quartò, si toleretur desertrix persona  
 quandiu fieri potest, excipiunt nonnulli  
 præscribi hoc pacto tēpus & terminū mi-  
 ſericordiæ Dei: quod nefas esse videtur, &  
 disertè reprehendit Judith in ciuibus Be-  
 thulienſibus. Respondeo aliud esse miseri-  
 cordiam Dei excludere, & terminū aliquē  
 certū Dei miſericordiæ præfigere, quā  
 certā rationē constituere ex qua possis iu-  
 re tuo uti. Alioqui quid tandē firmi cōsti-  
 tuti possit in negotiis humanis, si expectan-  
 dæ gratiæ Dei prætextu, nunquā nobis li-  
 ceret ius nostrū persequi? Illud ergo *Quā-  
 diu*, non definitio certo aliquo temporis spa-  
 tio, sed vnumquemque dico bona conscien-  
 tia & æquitate uti hīc debere, ut superſtite  
 deferente matrimoniū non repetat, nisi ita  
 vratur ut necessarium esse sibi matrimoni  
 remediū meritò statuatur, omnibus vide-  
 licet prius tentatis quæ bona fide fieri &  
 tentari possunt. Et quod ad Judith exēplū  
 attinet, dico ista planè inter se esse dissimi-  
 lia. Cur enim fideles expressam Dei pro-  
 missionem habentes, sicut olim habebant  
 Iudæi de possessione terræ Chanaan, &  
 auxilio aduersus omnes hostes, sese infi-  
 delibus dederent, nisi iubente Domi-  
 no? Ita enim sub Ieremia contigit, cui cre-  
 dere Sedechiam oportuerat. In hac verò  
 specie

specie de qua differimus, quum iubeatur Dei verbo vxorem ducere qui liber est & vritur, & agatur de eo qui omnia expertus est vti deserentem reuocaret in viam, quis non videt hîc nihil absque Dei verbo tentari? Præterea constat in Dei Ecclesia dogmata doctrinæ, siue quæ oportet esse conscientia nostræ regulas, non esse ex Apocriphis libris statuenda.

Quintò, quoniam Apostolus præfatur 5. Argum.  
 non Dominum, sed seipsum hoc dicere, audent nonnulli scribere Paulû proferre hanc sententiã humanitus, non diuinitus, ac proinde nos non obligari ad illam Pauli sententiam sequendã: neque aliam fuisse Apostoli mentem quû illa præfatione vteretur. Respondeo hanc obiectionem non carere Respons. r.  
 blasphemia. Nisi enim hoc mordicus teneamus, quicquid Ecclesiis tradiderunt Apostoli, traditû esse à Spiritu sancto, necesse fuerit totam Apostolicã doctrinã labascere. Dico autẽ quicquid tradiderûnt. Nam alioqui Apostolos constituere prorsus *ἀνεμαρτύτους* nemo potest, quin ab ipsismet redarguatur. Dico igitur Apostolum eo ipso spiritu præditû fuisse quû hæc diceret quæ ad desertionem spectant, quo fuit præditus Iesus Christus (à quo missus fuit) quum ea diceret quæ paulò antè eo loco comme-

merauit Apostolus: ac proinde vtranque sententiam cælestem & planè diuinam esse. Cur ergo, inquires, scripsit Apostolus, *Dico ego, non Dominus?* nempe quoniam hac de re neque rogatus vnquam fuit, neque respondit vnquam ipsemet ore suo Christus, vt paulò antè ostendimus. Itaque vnus & idem sententiæ vtriusque auctor est, videlicet Spiritus Christi, sed illius quidem *ἀπὸ τοῦ πνεύματος*, istius verò per os Apostoli.

6. Argum. Sextò illud opponunt, Dicit Apostolus, *Puto me spiritum Dei habere*, quod videtur esse ambigentis & dubitantis potius quàm asseuerantis.

Responsio.

Respondedo, ita cordatum fuisse Paulum & fidum seruùm Domini vt neq; de vocatione neque de doctrina, quam Ecclesiis tradebat, vnquam vel tantillum dubitarit. Est ergo in hoc genere loquendi non aliquod hæsitantis animi signum, sed grauis & acris *σχυρομῆς* quo reprehendit omnes de ipsius vocatione & doctrina dubitantes.

7. Argum. Septimò sic argumentantur, Apostolus dicit, *discedat*, non autem, *nouum matrimonium contrahat*. Respondedo, non esse citanda testimonia mutila & manca.

Responsio.

Neque nos verò quum docemus in casu desertionis repeti posse matrimonium, vno illo verbo



verbo *discedat*, innitimur, sed iis ipsis quæ sequuntur, nempe in eiusmodi facto non esse obnoxium seruituti fratrem aut sororem. Quid autem aliud illic vocarit seruitutem Apostolus quàm matrimonij obligationem? Nam (vt paulò antè diximus, cogimur autem nōnulla inculcare) si dicamus ita significare Apostolum non teneri desertam personam cum desertrice habitare, quid fingi potest magis ridiculum? Quomodo enim habitaret, etiam si vellet, desertā pars cum desertrice? Nam si rursus conueniant, cessat desertio. Præterea notandum est hoc verbo, *Discedat*, nihil præcipi ab Apostolo, neque etiam approbari desertionem: sed perinde hoc esse accipiendum ac si diceret Apostolus, Si discedit infidelis, illi imputetur: quem modum loquendi Grammatici vocant permissiuum, vt in alia Pauli sententia, *Qui sordescit, sordescat adhuc*.

Octauo loco negant addendū esse quicquam ad verbum Domini: Dominum verò disertis verbis diuortia extra fornicationis causam damnasse. Ego verò cōcedo nihil verbo Domini adiiciendum esse, sed præterquàm quòd Pauli verba sunt Domini verba, quum Paulus hæc scribens spiritum Dei habuerit, nec sanè nostra defen-

8. Argum.  
Respons. r.

sione egeat : ad ea quæ iam antea pluribus  
 2 respondi hoc quoque adiicio , quod ma-  
 gnopere videtur in hoc argumento confi-  
 derandum, nempe Apostolum nullam no-  
 uam diuortij causam verbis illis significare,  
 ex qua liceat matrimonium dirimere , ac  
 proinde Christi verbis nihil adiicere. Quæ-  
 rentibus enim Corinthiis, an propter infi-  
 delitatem liceat diuortium facere, respon-  
 det nõ licere. Itaque in eo quod subiicitur  
 de desertione, non est quæstio de diuortio  
 faciendo, sed illud quæritur, an post diuor-  
 tium illegitimè factum ab infideli, liceat  
 consulere fidelis cõscientiæ. Tantum abest  
 igitur vt in hac specie agatur de repudian-  
 da vxore , vel dimittendo marito , sicut in  
 causa adulterij: vt contrà deserta persona se  
 deserri conqueratur, & desertricem repetat  
 quantum in se est. Itaque si coram Magi-  
 stratu Christiano eiusmodi causa ageretur,  
 nullus esset diuortio locus, quoniam secun-  
 dum desertam personam iudicaretur, &  
 iusta vi adigeretur desertrix persona debi-  
 tum reddere. Quòd si desertrix persona  
 nulla ratione possit ad mutuam cõiunctio-  
 nem repetendam adduci, negat Apostolus  
 oportere innocentem luere nocentis cul-  
 pam. Dicam apertiùs. Ob solam adulterij  
 causam ( sicut expressè testatus est Filius  
 Dei)

Dei) licet diuortium petere & facere. Quid si igitur infidelis fidelem deserat? imputetur infideli, (inquit Apostolus) qui sanè adulter est si cum alia persona consuecat, nedum vt legitimè diuertat. Interea verò æquum est vt fidei innocenti consulatur, quò possit vitam tranquilla conscientia transigere. Ex his efficitur Apostolum non facere ius dirimendi propter infidelitatem matrimonij, sed hoc tantum dicere, desertionis culpam totam residere penes desertentem, & esse interea innocenti desertæ personæ consulendum.

Nostri verò sententia tam multos offendi posse demiror, quum nec ipsi Canonici, vt modò diximus, præcisè in omni desertione nouas nuptias prohibeant: Ambrosius verò aperte concedat, & in nonnullis multo minore vel potius nulla occasione, iidem Canonici non tam difficiles se præstent. Si proferam Leonis constitutionem qua vxoris furiosæ marito nouas nuptias post trienniū concedit, obiicient nimirum, & rectè quidem, opinor, aliud esse Cæsaris quàm Christi leges. Verùm quid responderint ad illud sanctissimi scilicet Papæ rescriptum, cuius antea memini, solèni totius Romanæ curiæ iudicio in Hispanias vsque transmissi, in quo, superueniente, etiam per

Ambros. in  
1. Cor. 7.

Leo Nō-  
ueli. 11.

c peruenit.  
30. q. 1.

ignorantiam, spiritualis (quam vocant) affinitatis vinculo, nō modò dissoluitur quantumlibet ratum prius coniūgium, (contrā quā ipsi alibi docent) verū etiam & viro & vxori post annum contrahendi noui matrimonij potestas conceditur? Quæ quū ita se habeant, modò prius legitimis omnibus modis & officiis tentarit deserta persona desertricem Deo & sibi reconciliare: modò ipsa in culpa non sit: modò patienter quantum in se est resipiscentiam infidelis expectarit: modò causæ cognitio legitima, de qua suo loco dicemus, præierit: modò denique in Domino nouas nuptias meditetur, cur dubitem quin ex Dei per Apostolum loquētis verbo, liceat desertæ personæ matrimonium inire?

An fidelis possit infidelē deserere.

Sed quæritur an vicissim possit fidelis infidelē deserere. Respondi in superiore tractatione, refutatis etiam contrariis argumentis, nullo modo id licere: in qua sententia permaneo, quoniam aperte dicit Apostolus, infidelem esse sanctificatum fidelis, id est, fidelis conscientiam non pollui alterius infidelitate in vsu coniugij mutuo: quo vel vnico Apostoli dicto concidunt præcipua contrariæ sententiæ argumenta. Sed repeto quod paulò antè dixi, nempe desertorem videri non eum duntaxat qui præcisè

præcisè mutuū conuictum denegat, verum etiam qui à fidei conditiones intolerabiles exigit, vt si fidelem ad audiēda abominanda Missæ sacra, deniq; ad faciendā vel cōtra omne pietatis officiū patiendā quædam prorsus cogat infidelis. Hinc ergo alia incidit quæstio, quid sit fidei faciendum quam non denegatur quidem cohabitatio, sed aut vitæ periculum adeundum est, aut contra veram religionem faciendum vel perpetiendum est aliquid. Respōdeo, duas hic obseruandas distinctiones. Primū enim aut ipse infidelis siue sciens siue coniuens fidelem persequitur: aut aliunde oritur persecutio. Si quando illud inciderit, idoneam sanè excusationem habet fidei, domesticum hostem nō alia ratione vitans quàm vt suæ vitæ & conscientiæ consulat, nec aliud in hac specie statuerem quàm si infidelis ipse aliō migraret. Paria enim sunt, discedere ab aliquo, & minis aut vi alium à se abigere. Sin verò aliunde ingruat eiusmodi persecutio, longè quidem moderatiùs agendum erit fidei quàm si domi & in suo sinu hostem foueret: nec dubium etiam est quin si infidelis fidelem vero coniugali amore prosequatur, eius vitæ modis omnibus caueat: in qua specie quiduis potius fidei perpetiendum videtur quàm vt

infidelem officio fungentem deserat. Sin  
 verò infidelis versantem in periculo fide-  
 lem non curet vt decet, nemo non videt  
 (opinor) nō tantum vt desertorem, verum  
 etiam vt proditorem vitari bona conscien-  
 tia posse. Deinde quanuis vxor marito &  
 maritus vxori vicissim eadem lege coniu-  
 gij obstringatur, tamen postulat mariti su-  
 pra vxorem auctoritas, vt in hac de qua  
 nūc agimus specie aliquid marito amplius  
 quàm vxori concedatur. Tenetur enim v-  
 xor maritum sequi, maritus vxorem non  
 item. Itaque etsi ne maritus quidem fidelis  
 temerè debet vxorem quanuis infidelem,  
 persecutionis vel veræ sectandæ religionis  
 causa, aliò abducere, ac multò minùs dese-  
 rere: tamen quum sit familiæ suæ caput, ar-  
 bitrium eius rei penes ipsum est: quòd si  
 ipsum vxor non sequatur, iam ipse non de-  
 fertor, sed desertus est habendus. Vxori ve-  
 rò non modò nō est temerè discedendum  
 à marito, sed etiam, quoad eius fieri salua  
 conscientia potest, vel per auia sequendus  
 est maritus: experiēda grauissima quæque,  
 priusquam ab eo demigret: omnia denique  
 quàm consideratissimè expendenda prius-  
 quàm deserta fuisse iudicetur, ac multò  
 magis priusquam nouæ ipsi nuptiæ conce-  
 dantur: quomodo emolliendum censeo

Ambro-

Ambrosium, marito quidem ab apostata Ambros. in  
 vxore deserto nouum matrimonium con- 1. Cor. 7.  
 cedentem, vxori verò ab apostata desertæ  
 non item.

Postremò vel maximi est momenti hæc An quæstio  
 quæstio, An quod de desertione ex Apo- desertio  
 stoli doctrina constituimus, locum habeat matrimo-  
 quacunque ratione alter alterũ deseruerit. nium diri-  
 Certũ enim est Apostolum, si quis propiũ mat.  
 intueatur ipsius scopum, de ea demũ deser-  
 tione agere quæ religionis odio fiat, ac pro-  
 inde in matrimonio impari. In causa verò  
 diuortij quod meritò per se odiosum est,  
 minimè iis assentiendũ arbitror qui causas  
 in verbo Dei proditas, quantũ possunt, am-  
 plificant, sed potiùs quàm arctissimè fieri  
 potest, arbitror intelligenda quæ de hac re  
 in Dei verbo traduntur. Respondeo igitur  
 primùm de impari, ac deinceps de pari cõ-  
 iugio. In impari cõiugio, si prior discesserit  
 infidelis, non ita difficile fuerit, quicquid  
 prætexat, intelligere nũ religionis odio, an  
 verò aliã ob causam discesserit. Nam præ-  
 terquàm quòd sciri facilè potest, an liberũ  
 veræ religionis cultum fideli tolerabiliter  
 saltem cõcesserit, quũ fidelis sit in Ecclesiæ  
 potestate, facilè inquiri in eius mores, &  
 ipse officij admoneri potest: cui consilio si  
 paruerit, vel cõposita fuerint omnia, subla-

ta videlicet dissidij occasione: vel, infideli non acquiescēte in alterius resipiscētia, aut iudicio sese nō sistēte, aut nihil probāte, patebit ipsius hypocrisis, qui reuera non tam fidelis mores quā religionem oderit: sin verò qui se fidelem profitetur, Ecclesiæ tamen nō paruerit, digna fuerit cōtumax persona quantumuis fidelem se prædicās, quæ ex Ecclesiæ cœtu eiiciatur. De extraneis verò iudicabit Dominus: & omnino iniquū fuerit, cuiquam suam culpam atq; adeò cōtumaciam prodesse. Quid si verò infidelis nō amplius ferens cōtumacis & ex Ecclesiæ cōmunionem eiectæ personæ mores, nouum etiam matrimonium inierit? Tum verò nō desertione, sed adulterio dissolutis prioribus nuptiis, alteri coniugio locus erit: quod tamen ne tum quidem temerè fiet, in eius personæ gratiam quæ sua contumacia præbuerit tot offendiculorum occasionem.

Si fidelis ab infideli ob malam tractationem discesserit, quid cōstituentur.

Sed quid si fidelis vel morositate, vel ob malam tractationem, (non tamen interueniente religionis odio) prior discesserit? Tū sanè fidelis aut reconcilietur oportet, aut extra coniugium manens suam crucem ferat. Quod enim dixit Apostolus de pari cōiugio, *Ne vir uxorem, aut uxor virum relinquit*, in impari quoque cōiugio locum habet, si tollas religionis causam, quum idem

Paulus



Paulus disertè prohibeat fidelem ne infidelem deserat quandiu cohabitare nō recuset. Est autem etiam Magistratus officium, & publicæ tranquillitati & singulorum civium salutis consulere, ut si fortè fidelis in culpa deprehendatur, nec Ecclesiæ pareat, cogatur aut minis aut pœnis ad conjugem reverti. Sed quid si nō impatientia vel malo affectu discessit, verum quòd absq; certo vitæ periculo apud infidelem versari nō posset? Tum sanè adimatur quidem infideli, tantisper dum ad frugem redeat, usus illius personæ qua seipsum priuat: interea verò conjugij vinculū minimè dissolvatur. At enim, inquires, quid si vel infidelis nocens, vel innocens fidelis, non habeat continentia donum? Infidelis quidem hoc sibi ipsi imputet, nisi mores mutare & reconciliari malit: fidelis autem petat donum quod non habet, & impetrabit. Est enim ei crux illa à Domino imposita, qui vetat homines disjungere quod ipse coniunxit, nec tamen finit suos supra vires tentari, si modò vigilent & precentur.

In pari autem matrimonio quum legitima non possit esse desertio, (dicente Apostolo, *Neque vir uxorem, neque uxor virum relinquit*) & utraque persona sit in Ecclesiæ potestate, diuortium desertione fieri non

De discessione fidelis à fidele.

posse videtur: sed cogendum esse qui in culpa deprehendetur, tum Ecclesiasticis, tum etiam, si necessitas postularit, Ciuilibus pœnis; ad faciendum coniugis officium, vt Christianum hominem & honestum ciuem decet. Quædam tamen hoc etiam loco difficultates oboriuntur. Nam quid si flecti contumax deferentis animus non possit? Respondeo, tantisper dum Magistratus contumacem domare possit, innocenti in precibus perseuerandum, quæ si ex fide fiant (quum Dominus suos in tentationibus non deserat) irritæ esse non possunt. Sed quid si inuitus alter iusto metu coactus secesserit, an cogetur cû certo vitæ periculo redire? minimè verò, sed priuetur quidem ille qui in culpa est, alterius cõsuetudine, tãtis per dum sapere & officiũ facere didicerit: innocens verò statuatur interea sese ad cœlibatum vocari, & in fide petat victoriam ab eo qui supra vires tētari suos non finit: matrimoniũ verò ob eam causam dirimendum, quum vtraque persona est in Ecclesiæ potestate, in verbo Dei non inuenio. Verum quid si non simpliciter alter à mutuo cõuictu secesserit, verum etiam extra territoriũ aufugerit? Tum verò vtimur hoc iure in hac Geneuensi Ecclesia, quod mihi videtur verbo Dei consentaneum.

Præcunte

Præeunte legitima cognitione , nocente quoque, si fieri potuit, literis saltē & nūtiis euocato, nec tamen sese iudicio Ecclesiæ sistente, tandē trinundina præeunte tū in Ecclesiæ cœtu tū apud Magistratus denuntiatione, desertione solutū matrimoniū pronuntiatur. Quanuis enim iste sese religionis odio non discessisse fortasse profiteatur, tamen qui Ecclesiæ cognitionem subterfugiens, contra conscientiam matrimonium dirimit, manifestè infideli, simul & religionis & coniugis desertori, meritò æquiparatur.

Sed rursus hîc nouæ difficultates occurrūt. Quid si enim quo loco sit istiusmodi desertor aut desertrix, resciri nō poterit? Hîc verò diligenter primū omnium inquiretur in istius discessionis causas, ut si fortè comperiat persona quæ se desertam conqueritur & diuortium petit, occasionem huic malo præbuisse, non audiat: quoniam iniquum esset eam audire de malo quod vltro sibi accersuit, aduersus aliū conquerentem. Quòd si continentix donum se habere neget, hoc sibi ipsi imputet, peccatum defleat, cum (si volet) requirat quo sese sua improbitate priuauit. Deinde constet necesse est, præbito quoque apud Magistratū iureiurādo, bona fide datā esse

Quid statuendum sit si quo loco sit desertor ignoretur.

omnem operam vt profuga illa persona inueniretur, & de ista in eum instituta ex-  
postulatione certior fieret. Postremò ne  
sic quidem noui matrimonii potestas fieri  
debet, vxori præsertim quæ maritum alio-  
qui sequi tenetur, priusquàm conueniente  
temporis spatio, anno putà vel etiam, si sit  
opus, longiore, absentis reditū expectarit.

De redeū-  
te deserto-  
re.

Sed quid si postea ille superuenerit, &  
coniugem repetat? Nempe si res adhuc est  
integra, reconciliabuntur: sin minùs, non  
modò non erit audienda desertrix perso-  
na serò exostulans quasi facta sibi sit ini-  
iuria, verùm etiam digna fuerit grauissima  
ciuili pœna. Primùm enim si quid hîc pec-  
catum est, tota penes desertricem hanc  
personam culpa residet: deinde quis meri-  
tò istiusmodi homini, qui contra conscien-  
tiam tam diu tam horribiliter peccarit vt  
vel ab ipsis Turcis meritò reprehendi pos-  
sit, fidendum arbitretur? Præterea, si nouū  
hoc coniugium illius vnus culpa contra-  
ctum non satis legitimum est, an non di-  
gnus est iste qui non modò vt adulter, ve-  
rùm etiam qui vt suæ ipsius vxoris prosti-  
tutor puniatur?

De deser-  
tore vxo-  
rem repe-  
rente.

Quid si verò desertionis accusatus vxo-  
rem repetat? Nempe virum sequi cogetur,  
nisi iustam causam afferat, & simul probet:  
veluti

veluti quòd ille certa quapiam sede non maneat, quòd crudeliter aut turpiter ipsa vti constituerit, quòd denique licentiam qua ipsi nocere possit, non autem verum consortium, quærat.

Sed an quævis diuturnior præsertim absentia pro desertione habenda est? Minimè verò: sed quo animo is qui abest, vel discesserit initiò, vel postea reditū differat aut ex testibus idoneis, aut ex circumstantiis, prudenter in Domino diiudicetur oportet, ne quicquam nisi prorsus consideratè de tanti momenti negotio statuatur.

An omnis diuturnior absentia habenda pro desertione.

Sed istis quæ de fidei fidelem deserente diximus, quædam obstant non parvi momenti, veteres videlicet canones, verbi etiam diuini nonnulla auctoritate innitentes. Illos igitur placet etiam expendere: vetustissimos dico, & ex quibus alij postea tanquam riuuli deducti sunt, sed ita nonnunquam impuri vt conspurcari necesse sit qui vel leuissimè illos attingant Repurgatis autem fontibus, causa non est cur magnopere de impuris riuulis laboremus. Sic autem statuunt Canones quos Apostolicos vocant:

Argumenta contraria.

Εἴ τις λαϊκὸς ἢ ἑαυτὸς γυναικὰ ἐκβαλὼν ἑτέραν λάβῃ, ἢ παρ' ἄλλου ἀπολειυμένην, ἀφαιρεῖται. Si quis laicus sua uxore eiecta aliam accipiat, aut ab

2. Argum. Can. Apostol. 48. Can. Basil. 76. & 48.

*alio dimissam, separator.* In huius Canonis

**Responsio** priore parte extra controuersiam est nihil poni cui non prorsus assentiamur. Nam si verbum Dei prohibet viro vxorem, & vicissim vxori virum relinquere, multò magis vetat expellere: quoniam si iusta est petendi diuortij causa, non vi sed iure agendum est. In altera parte fortasse videri posset matrimonium desertæ quoque personæ semel prohibitum. Sed ambigi meritò non potest quin hoc intelligendum sit de voluntariis diuortiis quæ inter Iudæos dato libello, inter prophanos autem populos misso etiam nuntio, fiebant: & à Christianis diu retenta sunt, coniuuentibus Imperatoribus, & bonis Episcopis frustra reclamantibus. Itaque hunc morem meritò hic Canon corrigat Christi vestigiis insistens. Nihil hoc autem ad desertionem cuius meminit Paulus, neque ad eam etiam quam diximus illi Paulinæ meritò æquiparari, vt mox ostendemus.

**2. Argum.** Synodus sexta in Trullo Constanti-  
**Sext. Syn.** nopoli habita statuit vt, siue mulier ma-  
**in Trullo.** ritum, siue maritus vxorem deserat, adul-  
**can. 87. &** terij damnetur: quod æquissimum est, &  
**88.** verbo Dei prorsus consentaneum. De de-  
**Responsio.**serta autem persona ne hîc quidem quicquam statuitur.

Eadem

Eadem Synodus alio canone sic habet, Eiusdem  
Syn. can.  
94.  
 Η ἀναχωρήσασα τῷ ἀνδρὶ ἢ ἀθανοῦς ὄντος, πρὸ  
 τῷ περὶ θανάτου αὐτοῦ, ἐτέρῳ συνοικῶσα,  
 μοιχᾷται. Id est, *Vxor viri qui secessit & nuf-*  
*quam apparet, priusquam de ipsius morte cer-*  
*tior facta sit, alteri cohabitans, adulterium cō-*  
*mittit.* Extat autem hic Canō totidem ver- Responso. r  
Basil. can.  
 bis scripto, inter eos qui Basilio tribuuntur. 31.  
 Illos verò canonas nōnullis aduerfari quæ  
 paulò antè diximus, minimè inficior: sed  
 quo fundamento nitantur præcipuè inqui-  
 rendum est, vt hîc etiam illud Apostoli va-  
 leat, *Probate spiritus, & quod bonum est te-*  
*nete.* Multa enim in iis ipsis canonibus ini-  
 què prorsus statuta sunt, vt illud inter cæ-  
 tera, quòd prorsus retinendum censent ma-  
 ritum etiam adulterum, de quo antea di-  
 ximus: & illud quoque quòd etiam scorta- Basil. 9. &  
 tores non volunt separari, qua de re suo lo- 21.  
Idē can. 26  
 co dicemus: quod idcirco dictum volo ne  
 quis Basilij Magni nomē, quem mihi non  
 persuadeo de istis canonibus vnquam co-  
 gitasse, pro auctoritate ἀπὸ πίστεω nobis ob-  
 trudat. Quid igitur illi proferūt ex Dei ver- 2  
 bo? Illud videlicet quod Christus aperte  
 dicit in pari matrimonio, eum nimirū qui  
 dimissā ducat, (nēpe extra adulterij causā)  
 mœchari. Nam (inquiunt) si hoc valet in eo

qui libellum diuortij dedit, cur non multo magis in eo valeat qui tantūmodo secessit? Respondeo ita quidem posse videri : sed si quis propiūs rem inspiciat, insigne discrimen inter hæc duo, nempe inter diuortiū voluntarium dato libello repudij factum & secessionem malo animò factam, inuenturū. Nam in illis voluntariis diuortiis non præibat causæ cognitio, & vtraque persona erat in Ecclesiæ & Magistratus potestate. Itaque quum ad reconciliationem & exhortationibus adduci, & pœnis tum Ecclesiasticis tum ciuilibus cogi posset qui in culpa erat, mirum non est huiusmodi diuortia non valuisse. Nam ne nos quidem aliter iudicauimus de simplici secessione, quum videlicet vel vtraque persona est præsens, vel qui secessit, euocatus iudicio se sistit, aut quanuis absens tamen Ecclesiæ iudicium subit. Verūm quum ita profugit quispiam malo animo, vt quantūlibet questus inueniri nusquam possit, vel euocatus iudicium legitimum penitus refugiat, cur is, obsecro, (post legitimam cognitionem) eo loco non habeatur quo infidelis defertor, quum eo sit etiam aliquanto deterior? Potest enim infidelis vel superstitione, vel aliqua officij sui ignorantia peccare: iste verò qui fidelem se ore profitetur, factis negat,



negat, quid tandem potest meritò prætere-  
 xere? Et quum illè malo animo profugus,  
 nusquam inuentus, aut iudicium omne re-  
 fugiens, tentatis frustra omnibus, nullum  
 reconciliationis locum relinquat, (quod in  
 illis voluntariis diuortii non euenit) cur  
 innocens desertus lueret nocentis culpam?  
 id autem sanè fieret si persona deserta ni-  
 hilominus desertrici obstricta perpetuò  
 maneret. Et tamen tum quoque laudabi-  
 liùs eum facere non inficiamur qui sic ma-  
 neat euentum rei expectans, quàm qui iure  
 suo præcisè vtatur.

Idem Basiliius alio canone sic statuìt: *In* <sup>3. Argum.</sup>  
*marito qui ab uxore relictus est considerare o-* <sup>Basil. can.</sup>  
*portet causam derelictionis, & si præter ratio-* <sup>35.</sup>  
*nem eam secessisse apparuerit, est maritus qui-*  
*dem dignus uenia, illa uerò, pœna.* Hunc uerò <sup>Responsio.</sup>  
 canonem vt æquissimum vsque ad eò reci-  
 pimus, vt etiam quum persona deserta ad  
 alterius absentiam coniuget, soleamus in  
 rem totam vltro inquirere, ne quid ex cõ-  
 posito inter coniuges sese mutuò fastidien-  
 tes geratur.

Canonicos uerò nostros qui ne adulte- <sup>4. Argum.</sup>  
 rio quidem dirimi vinculum coniugij pa-  
 tiuntur mirum non est in desertionis causa  
 multò minùs id concedere. Nos autem A- <sup>Responsio.</sup>  
 postoli sententiæ potiùs acquiescamus. Sed

2 illud rectè ab iisdem constitutum est, sequendum esse maritum vxori, sed ita tamen vt exceptiones non rectè prætermiserint.

c. 3 13. q. 2.  
& c. 4. 34.  
q. 2. vbi  
glossa, & in

c. 1. Extra,  
de coniug.  
lepro. oru.  
De absen-  
tia propter  
captiuita-  
tem, mili-  
tiam, aut  
aliam eius-  
modi cau-  
sam.

Suprà pag.  
149. & de  
inceps.

Nouèll. vt  
lic. mat. &  
au. §. quod  
autem.

c. 1. & 2. &  
4. 34 q. 1.  
c. in præsen-  
tia, Extra,

de spons.  
c. dominus,

Extra de  
se. ad n. p.

Nouèll. de  
mort. §. per  
occafione.

Cæterùm quoniam diuturna omnis absentia speciem habet desertionis, de hac quoque hoc loco mihi dicendum arbitror.

Maneo igitur in sententia quam superiore tractatu plenius exposui, nempe diligenter inquirendum esse tum de discessione tum de longioris moræ causis: ac omnino oportere vt vel de voluntaria & affectata absentia (in qua specie de absente vt desertore

statuetur) vel de absentis obitu idoneis testibus aut necessariis coniecturis constet.

Nam captiuitate dissolui matrimonium quod est ex iure gentium, prorsus est iniurum & qui ex alia iusta necessitate abest, quum inuitus absit, desertor haberi nõ debet.

Quoniam autem ob infinita illa incommoda quibus mortalis hæc vita est obnoxia, non semper liquidò probari potest absentiu interitus, ideo, si testes aut aliæ idoneæ coniecturæ defuerint, & nisi malo animo discessisse absentem constiterit, expectare non modò quinquennium, verùm etiam totum decennium in hac Ecclesia Geneuensi iubetur persona de absentis mora conquerens: quo elapso si ita postulatum fuerit,

fuerit,

fuerit, & ne leuiffima quidem coniectura fuerit absentem esse superstitem, & captiuitate aut alia causa retineri, tum demum flagitanti fit nouarum nuptiarum potestas, quoniam videlicet is de quo quærebatur, his omnibus accuratè seruat, mortuus probabiliter censetur. Sin minùs, statuat oportet sese ad cœlibatum vocari persona quæ hac tam graui tentatione exercetur, & ad eum clamet qui suos vigilâtes non finit supra vires periclitari. Sed quid si casu redeat qui mortuus probabiliter putabatur? nempe posterius coniugium iusta ignorantia contractum dissoluetur, & neutri imputabitur quod neutrius culpa contigisse deprehendetur.

Haftenus igitur à nobis dictum sit de veris ac legitimis diuortij causis, putà adulterio & desertione. Nam morte potius finitur quàm dirimitur cœiugium. Quoniam autem aliæ quoque diuortiorum causæ in iure ciuili, atque adeò à Canoniciis ipsis afferuntur, primùm omnium alteram illam quæstionem à nobis propositam pertractabimus, an videlicet cuiquam ad causas diuortij in verbo Dei expressas alias etiam adiciere licuerit: quod fortiter nego. Qui licuisse contendunt, his rationibus præcipuis nituntur.

Nulli homini licuisse nouas de diuortijs leges condere.

Contraria argumēta. **Obiiciunt** Euangelium non abolere *παρανόμους*, ac proinde non tollere leges de contractibus positas. Respondeo, intelligi hoc dictū de contractibus merè ciuilibus, idq; non sine exceptione. Abolet enim impias leges illud Apostolorum responsum, tot martyrum morte sancitum, *Oportet Deo parere potius quam hominibus*: neque nos oportet legum manifestè iniquarum esse ministros, quum obstetricibus Ægyptiis edicto tyrānico minimè obsequitis Dominus benedixerit. Cæterum contractū matrimonij ita humanum esse (est enim certè, quod ad rem ipsam attinet, nō iuris ullius ciuilis, sed iuris gētium) vt tamen eius obligatio præcipuè nitatur Dei auctoritate hoc vinculum necētentis, non illud tantū declarat quod ipse Deus sese illius auctorem ipso mundi principio prodidit, verū etiam manifestū illud & apertissimū Christi Filij Dei interdictum, **QVOD DEVS CONIUNXIT, HOMO NE SEPARATO**. Quod enim nonnulli excipiunt, Deo auctore fieri quæ facit Magistratus, ac proinde dictum illud intelligi duntaxat de solis diuortiis, priuata auctoritate factis, constare potest non dici fatis appositè tum ex eo quod nomen **HOMINIS** nō potest, nisi planè violēta interpretatione, cum Magistratum exceptione intel-

intelligi: tum vel maximè ex eo quòd adulterij causa manifestè à Christo excipitur, in qua tamen in primis interuenire publicam auctoritatem oportuit, quum capitale crimen esset. Denique rogatus Christus, non an præeunte demum iudicis cognitione, liceret vxorem dimittere, sed an quauis ex causa dimittere liceret, certè non respõdit licerétne suo arbitrio ( quod tamen Iudæi factitabant) diuortium facere, an verò Magistratus esset adeundus: sed de hoc vno, quibus de causis diuortium facere liceret. Dico igitur cõiugij vinculum à nudo contrahentium consensu non pendere, sed à Dei vtrunque veluti manu sua copulantis auctoritate: ac proinde nõ esse ex merè ciuiliu cõtractuum numero, quæ sicut mutuo contrahentium cõsensu fiunt, ita etiam eodem soluuntur, quod in matrimonio nefas esse patet ex Christi verbis: ideóque religiosi Imperatores licere noluerunt, vt suo loco dicemus. Quum ergo leges conscientijs dicere nullius sit hominis, ac ne Angeli quidem, nisi sint iubentis Domini ministri: efficitur nullius esse ponderis istud argumentum, quod attinet ad leges de diuortijs ponendas, vt quæ ex vno Dei verbo pendendæ sint. Nam alioqui in matrimonium multa incidere non inficior de quibus ca-

ueri legibus tum ciuilibus tū Ecclesiasticis oporteat: nec illud etiā nego, coactos iam pridem esse Magistratus ad suorū populorum duritiem, exēplo Mosis, cōnuere. Sed de vnico conscientiae foro hīc à me quæritur, quam nullis humanis legibus excusari dico, si vel tantillum extra Dei verbū aberrent. An enim æquum est vllos Magistratus aliquo supra Mosen iure esse præditos? At

*Matt.* 19. 9. Christus, vigente adhuc Mosis lege, apertè pronuntiauit adulteros esse qui mulierem extra adulterij crimē separatam ducerēt: &

*Ierem.* 3. 1. multis antea seculis Ieremias pollutam esse scripsit quæ sic à viro dimissa alteri nuberet.

2. *Argum.* Secundo loco sic colligunt: Si concessit Moses diuortia Iudæis ob cordis duritiem, cur non idem concedat non minùs duris & contumacibus populis, certas saltē ob cau-

*Respons.* 1. sas, Christianus Magistratus? Respondeo, nunquam licuisse illa diuortia in foro conscientiae, de quo vno nunc agimus, nisi ob adulterium. Nam alioqui non esset testatus Dominus eū qui alia ratione dimissam du-

2 cat, mœchari. Deinde quum longè copiofiore spiritu nos donet Euāgelium à Christo sancitum, quàm Patres olim illud procul in spe conspicientes, minùs sanè tolerabilis fuerit Christianorum contumacia, quàm olim fuit Iudæorum: ideóque nos

Christus

Christus ad primam illam coniugij institutionem reuocat, vt qui idcirco venerit vt omnia instauraret. Quod si nihilominus Christianus aliquis Magistratus quippiam contumacibus subiectis condonare volet, quod Imperatores aliqui Christiani fecerunt: aut si quid eiusmodi postulare publica vtilitas videbitur, agè quorum contumacia domari non potest, quive vnà viuere nō possunt quin maius periculum priuatim publicève immincat, secedere quidem sinantur, aut etiam iubeantur: sed maneat tamen coniugij vinculum ex illa inuariabili Christi sententia, *Quod Deus coniunxit, homo ne separato*: alioqui conscientiam apud Deum nulla Magistratum auctoritas excusabit, ex suo verbo nimirum, non autem ex humanis legibus, de factis nostris iudicaturum.

Obiiciunt tertio loco, quod veteres Episcopi sese Imperatoriis illis legibus non opposuerint. Atqui singula Episcoporum dicta aut facta non sunt in tabulas relata: neque ad hanc normam exigenda sunt de quibus agimus. Quid enim actum sit non quæritur, sed quid agi oportuerit. Quia tamen probabile est non fuisse dissimulatos Episcopos in Christianis Imperatoribus tam manifestum in re tanti momenti

abusum, & si quid tale factum esset, nō fuisse penitus id tacituros Ecclesiasticæ historiæ scriptores, fortasse respōsum illud non omnibus satisfecerit. Moneo igitur eos qui de hac re ambigūt vt veteres de matrimoniis canonas cum Cæsareis legibus conferant. Nulla enim habemus certiora communis Ecclesiarum gubernationis testimonia quàm Synodorum iis temporibus coactarum canonas, id est, iudiciorum Ecclesiasticorum regulas. His autem adiungenda sunt etiam doctiorū Episcoporum scripta, quæ semper fuerunt veluti pro tabulis publicis habita. Ex his ergo publicis testimoniis, non ex aliqua privata huius vel illius Episcopi intercessione, nunquam Ecclesiis placuisse Cæsareas leges, quæ alia ratione quàm propter fornicationis crimē vinculum matrimonij soluerent, vel ex eo intelligi potest quod ne ob adulteriū quidem penitus dissolui coniugia multi voluerunt. Itaque hæc obiectio planè infirma est: id quod etiam ex iis quæ dicturi sumus planius apparebit.

4. Argum.

Quartò & illud obiiciunt, Paulum videlicet ad causam adulterij alteram quoque, nempe infidelis desertionem, adiunxisse: ex quo efficitur, quod Christus de adulterio dixit non esse ita præcisè accipiendum ac si  
vnica



vnica esset iusti diuortij causa, sed potius esse colligendum ex illo Christi dicto, si ob adulterium est iustum diuortium, iustum etiam esse ob ea crimina quæ sint adulterio paria, ac multò magis ob ea crimina quæ sint adulterio grauiora. Ego verò primùm Respons. 1. omniũ nego Paulum adiecisse quicquam ad illud Christi dictum, vt isti volunt, qua de re pluribus est à nobis antea disceptatum. Suprà pag. 216. & 224. & 225. Deinde vt hoc Paulus Apostolus fecerit, 2 spiritu Dei tam certo tamq; copioso præditus, an idem quoque quibusuis licebit, ac non potius Paulum arbitrabimur quicquid adiici debuit adiecisse? Deniq; illud falsum 3 esse dico, vllũ reperiri posse crimen adulterio par, nedũ eo grauius, quod ad cõiugium quidem attinet, de quo vno nũc quærimus. Potest enim quispiam esse idololatra, hæreticus, impius, & tamen rata obligatione maritus: adulter autem & maritus, id est, duorum simul esse caro nemo potest.

Quintò ne hoc quidem prætermittunt, 5. Argum. ea flagitia propter quæ Imperatores diuortium concedant, vel capitalia fuisse, vel damnatione ad metalla aut deportatione vindicata, quæ morti æquiparentur: morte verò matrimonia non tantum dirimi vt adulterio, verum etiam prorsus finiri. Respons. 1. Respondeo, si pœna capitalis de nocente su-

- matur iam nullam superesse inter nos controuersiam: sin verò infligi quidem iubeant leges, sed Magistratus officium non faciat, quorsum obsecro, propterea dissolutum coniugium censeatur, eo adhuc superstite
- 2 quem mori oportuerat? Et quod ad illas pœnas attinet, fateor illas morti exæquari, in iis quidem quæ ciuilia sunt, sicut mors etiam hæc ciuilis est duntaxat, id est, quod ad iura ciuitatis attinet: at in iis quæ naturalia sunt, sola mors naturalis dominatur. Itaque etsi deportatus desineret ciuis esse, tamen homo est, uiuit & mouetur, ideóque
- 3 maritus esse non desinit. At enim, inquires, quum eiusmodi personæ prorsus infames euadant, crudele est honestam personam cogi ad mutuam etiam corporum coniunctionem. Respõdeo, hanc esse cõiugij conditionem, (quo fit nimirum vt duo in vnum corpus coalescant) vt mutuas misérias esse prorsus oporteat. Tum ergo tantum abest vt innocens iure possit nocentem quantumuis iustis pœnis affectum deserere, vt contrà tum maximè ipsum oporteat (quoad eius fieri salua conscientia potest ac debet) in eius miseriæ partem venire, & iustis ac æquis rationibus omnibus illum subleuare.
- 4 Quod si quis rursum obiiciat, quempiam aut ad metalla, aut, vt nunc sunt tempora,
- ad

ad triremes damnatum vix, ac ne vix quidem, posse matrimonij onera sustinere, neque munere suo defungi: nego tamen hinc consequi direptum esse matrimonium, etiam si vterque maximè postularet, sed tū præcipuè potiùs vigere charitatem oportere: & ei qui cōiuge frui non possit, prorsus esse statuendum sese toto eo tempore ad cœlibatum vocari.

Nostra hæc igitur sententia est, De diuortiiis verè sic appellatis, id est, quibus Leges Ciuiles de diuortiiis expressæ. vinculum coniugij bona conscientia soluitur, ex vno Dei verbo iudicandum esse, cuius custodes, non autem transgressores, esse Magistratus oportet: qua de re vt magis etiam liqueat, agè particulatim etiam quid Iure ciuili de hac re constituatur, expendamus, quantum quidem expedit. Omnia enim illa pertractare nostri non est instituti.

Quoniã igitur homines veræ religionis Diffensio l. 2. 3. 7. D. de diuort. ignari in matrimoniis considerãdis vsq; ad numẽ ipsum oculos non attollebant, idcirco vt consensu, ita etiam dissensu cōtrahentium aut etiam alterius illorum tum sponsalia, tum etiam cōsummata quæuis matrimonia dirimi tradiderũt, modò animo perpetuam constituendi discessionem fiat. Actio enim illa ex sponsu cuius meminit

Gell. lib. 3.  
cap. 4.

Aulus Gellius ex Seruio Sulpitio Iuriscō-  
sulto, non eò spectabat vt cogeretur reus  
sponsalia perficere, sed huc duntaxat, vt &  
eius cui repudium missum erat, existima-  
tioni cōsuleretur, & nisi causa repudij pro-  
bata esset, tanti damnaretur reus quanti in-  
tererat sponsam datam vel acceptam esse:  
ex quibus verbis illud quoque obseruan-  
dum est, & sponso in sponsam, & vicissim  
sponsæ in sponsum agere licuisse. Mirum  
est autem ac penè incredibile in tanta re-  
pudiorum ac diuortiorum licentia eò vs-  
que valuisse pudorem & honestatem in il-  
lo populo vt penè sexcentis annis, teste  
Tertulliano, nullum extiterit repudij in  
Rom. Republ. exemplum, cuius initium  
fecisse quendam Sp. Carbilium Rugam, &  
quidem sterilitatis causa, Gellius auctor  
est. Et modicè saltem coercitos fuisse qui  
temerè diuortia facerent, apparet ex eo  
quod refert Valerius Maximus de Lucio  
quodam Antonio Senatore, quem Mar-  
cus Valerius & Iunius Brutus Senatu mo-  
uerunt, quod quam virginem duxisset, nul-  
lo amicorum in cōsilium adhibito, repu-  
diasset. Hoc tamē constat vel ex vno Mar-  
ci Catonis exemplo suam Martiam Hor-  
tentio commodantis, parum religiosè à  
Romanis iam olim culta coniugia fuisse,  
quod

Ibid. Gell.  
c. 3. & lib.  
17. c. 21.

Val. Max.  
lib. 2. tit. 4.

quod tandem, testante Suetonio, Augustū Sueton. in Aug. Tib. & Tiberium quoque coegit diuortiiis modum adiicere: verūm quis iste modus fuerit, ibi non definitur. Fortassis tum illud cautum est quod commemorauit postea Papinianus, nempe vt septem ciues Romani puberes aduocarentur. Tandem igitur Theodosius Imperator causas iusti di- l. 9. D. de diuortiiis. uortij collegit, quibus alias postea Iustinianus adiecit: quæ omnia satis ostendunt quàm miserè vagari necesse sit quibus verbi Dei norma in re tanti momenti facem non præfert, & quàm necesse fuerit aliter statim in Ecclesia de coniugiis quàm in ciuili foro decidi. Sponsalia porrò tam fa- c. 2. Extrà, de spōsal. cile fuisse dissoluere nullus magnopere mirabitur qui cognouerit illa duntaxat fuisse in futurum tempus concepta, idque tacita inclusa conditione, quæ, quanuis omnis (opinor) causa non exprimeretur, tamen ex communi more satis vtrinque intelligebatur. Verūm quòd iam rata & re ipsa confirmata coniugia tam facilè dissoluerent, id verò fuit prorsus intolerabile: & tamen testatur Iustinianus à se primum fuisse correctum. Vbi tum igitur Episcopi? l. 9. C. de repud. nempe ipsorum non erat dictare leges imperatoribus. Sed dubium non est quin boni Episcopi ex Dei verbo iam tum contra

leges illas in foro conscientia*e* iudicarent. Illud tamen saepe subiit mirari, quomodo cum morem testetur Iustinianus à se de- mum fuisse correctu*m*, quum inter legitimi diorii causas Theodosius mutuum illum voluntariu*m* consensum minimè expresserit. Respondent ad hoc nonnulli, Theodosiu*m* ibi eas tantu*m* causas explicare de quibus cora*m* iudice co*n*trouerti posset, quod in mu- tuo consensu locum non habet. Sed si propi*u*s verba legis spectentur, comperiemus ne volentibus quidem viro vel uxori licuisse ob alias causas diuortium facere. Quid igitur? nempe ex p*o*enis in ea constitutio- ne expressis apparet, diuortia, quanuis non absq*ue* adiectis p*o*enis, tamè ob alias etià cau- sas etiam tu*m* obtinuisse, & ita quidè vt po- stea ipsi etiam mulieri qua*e* maritu*m* temerè repudiasset, nouum coniugium inire lice- ret, nempe post quinquennium. Illud est ergo quod merito postea correxit Iustinia- nus, sed addita exceptione, de castitatis vo- to, quo iam tum abusus fuisse multos vt re- ligionis praetextu mutuam fastidium tege- rent, vel ex eo constare potest quod de iis etià coactus est aliquid sancire qui ab egre- gia scilicet illa castitate postea recederent: idque prorsus iniquum. Cur non enim po- tius malè solutum coniugium redintegra- tur?

Novel. vt  
liceat ma-  
tri & a-  
uia. §.  
quia verò.  
& De nup.  
§. distra-  
hantur.  
l. 8. C. de  
repud.

tur? Sed quod fancitur ob alias causas quàm illas à Theodosio expressas, repudiatis mulieribus intra annum licuisse alij nubere, durius est etiam eo quod de desertione diximus, quoniam absente dūtaxat, & quidem sese Ecclesiæ iudicio non sistente desertore id obtinere volumus.

1.9. C. de repud.

Quòd diuortio ob adulterium facto statim concedunt viro aliam ducere, non rectè correctum fuisse à Canonicis suo loco declarauimus: quanuis eorum moderatio sit valde probanda qui tempus aliquod expectandæ tum resipiscentiæ tum reconciliationi tribui malunt. Quòd autem mulierem conuictò adulterij marito iubent annum expectare, longè æquissimum est, ob eam præsertim causam quam exprimunt, nempe nequis de prole dabitet. Lex verò Papia sesquiannum etiã volebat expectari.

Adulteriũ.  
1.8. §. Si  
vei ò cau-  
sam, & §.  
Virum, &  
1.9. C. de  
repud.

Quòd in sponsalibus tempus aliquod præscriptum volunt, etiam æquissimum est, vt suo loco diximus, idque etiam quadrat cum doctrina Apostoli de desertione.

1.2. C.  
de repud.  
1.17. D. de  
sponsal.  
L.49.

Quòd iidem Iurisconsulti iustū aliquod temporis spatium volunt luctui impendi post alterius mortem, non est tantum honestati conueniens, verum etiam in

1.1.2.9. 11.  
D. qui not.  
infam.

Nouel. 22 mulieribus penè semper necessarium pro-  
 de nupt. §. pter sanguinis turbationem: quod etiam  
 primæ qui ostendit aliud de viro constituendum esse,  
 dem. quem quum ait Paulus Iurisc. ad lugendâ  
 l. 1. & 2. C. de secund. vxorem non compelli, non vetat tamen lu-  
 nupt. gere, quod & ipsa honestas iubet. Sed quid  
 si quæpiam ante tempus illud nupserit? *In-*  
*fama notatur*, inquit Vipianus, *itêmque qui*  
*sciens eam duxit.* Coniugium autem pro-  
 pterea dissolui iniquum esset, neque verbo  
 Dei consentaneum, quanuis hoc semel fe-  
 cerit Iulius Cæsar, Dione teste. Cæterum  
 vel ex iis intelligi potest quanto æquiora  
 & sanctiora Iurisconsulti sæpe quàm belli  
 nostri Canonici sanxerint, vt qui aliâs quàm  
 libet ad superstitionem vsque religiosi, ta-  
 men istud de luctus spatio non ita vrgebât,  
*Quoniam*, inquiût, *iure poli mortuo viro mu-*  
*lier soluta est a lege viri, nubat si vult.* Atqui  
 non dixit Paulus (vt rectè quidam animad-  
 uertit) nubat si vult, aut quando volet, sed  
 cui vult, modò in Domino.

Patria po-  
 tetas.

1. Paul. D. De patria verò potestate prorsus recta  
 de stat. ho. sunt quæ sanxerunt Iurisconsulti, vt mirum  
 l. si propo- sit Canonicos quum illa legunt non eru-  
 nis. C. de bescere. Canonicos autem hic appello re-  
 nupt. centiores illos, quos neque tunc puduit tã  
 iniqua sancire, ac ne nunc quidem pudet  
 illa defendere, de quibus plenius alibi di-  
 ximus.

Furore



Furore bene constituunt iidem cōtrahi  
 matrimonium non fini, quia consensu opus  
 est: sed rectè contractum non impediri.  
 Iulianus tamen contrarium censet: quam  
 antinomiam periti interpretes conciliant  
 ex quodam Vlpiani responso, in quo sancit-  
 tur vel non perpetuo, vel non intollerabili  
 furore coniugium non dirimi: (*Quid enim  
 humanius est, inquit, quàm fortuitis casibus  
 mulieris maritum, vel uxorem viri participem  
 esse?*) sed perpetuo & intolerabiliter sæuo  
 ac insanabili furore laborantem repudiari  
 posse, & ita quidem vt nuptiæ nouæ con-  
 cedantur. In eandem sententiā scribit Leo  
 Imperator, tempus tantum præterea co-  
 gnoscendo & tolerando illi furori, trien-  
 nium videlicet viro, vxori verò quinquen-  
 nium, definiens. Sed agè rationes huiusmo-  
 di cōstitutionis expēdamus. Vlpianus duas  
 tantum affert, quantum coniicere ex ipsius  
 verbis potui: vnam, quod in istiusmodi sæ-  
 uo & terribili furore non possit altera per-  
 sona cum furēte versari: alteram, quòd for-  
 tasse quia liberos non habeat, procreandæ  
 sobolis cupidineteneatur. Atqui illa sanè  
 digna non est cur misera & calamitosa per-  
 sona deferatur, imò potiùs cur tantò maior  
 eius cura habeatur. At non potest, inquit,  
 furentis consuetudine frui, & tenetur gi-

Furor.  
 l. 16. D. de  
 rit. nupt. §.  
 furor. l. 7.  
 D. de iis q.  
 sunt sui vel  
 alien. iur.  
 l. 22. §. si  
 maritus. D.  
 solut. matr.

Leo Nou.  
 III. & IIII.

gnendorum liberorum defyderio. Concedo vtrunque, fed fi valeret hæc ratio, quò tandem efflet progrediendum? Itaque frenandum efft hoc defyderium, & (quod mirum non efft Vlpiano fuiffè incompertum) ftatuere debet qui fic exercetur, feffe ad cœlibatum vocari, tantifper dum à Domino liberetur. Sed Leo Imperator alias profert rationes. Ait enim eiufmodi coniunctionem aberrare à fine & fcopo coniugij, quoniam cum perfona prorfus efferata non poffit altera confuefcere. Refpondeo, in Dei manu & poteflate effe, quæ ad aliquem finem rectè inftitueramus, aliò prorfus cõuertere: decêre verò nos viciffim omnia tum profpera tum aduerfa ex ipfius manu accepta fortiter ferre, quod certè non facit qui remedia quærit extra ipfius verbum. At enim, inquit, fi nemo fuffineat vel ad breue momentũ quempiam cum fera quapiam bellua inclufum tenere, quæ hæc efft fixities, velle cum efferata perfona quempiam perpetuò vitam agere? Refpondeo, declamatoriè potiùs ifta dici quàm vti fe res habet. Quis enim coniuges exiftimet veluti vna cauea effe inclufos? & quid impedit quominùs quantumlibet furètem ita foletur & fubleuet altera perfona, vt & illi & fibi ipfi confulat, & tamen maneat vinculum

culum quod solus ille qui adstrinxit suo tēpore dissoluat? Præterea sic colligit Leo, *Si propter furorem superuenientem, ante contractum re ipsa coniugium, consilium cuiquam ne in tantam calamitatem incidat, cur ei non multò magis succurratur qui iam in hoc ipso malo versatur?* Respondeo infinita esse quibus ne eueniāt occurri possit, quibus tamē postea nulla ope humana mederi queas. Rebus igitur, quod ad ipsam corporū coniunctionem siue sponsalium impletionem attinet, adhuc integris superueniente eiusmodi impedimento, meritò videtur Deus ipse quominus id impleatur intercedere: at si rebus non integris superuenerit, res ipsa quidem ostendit Deum eripere longiorem mutæ corporum coniunctionis vsum: velle tamen ipsum propterea vt vinculum quod adstrinxit penitus dirimatur, præsumendū nobis non est, quum in verbo suo causam illam nō expresserit, nos autem exerceat quocūque modo nouit expedire. *Sed plurimæ sunt, inquit, multò leniores causæ propter quas coniugia soluantur.* Respondeo, in his quoque peccari, quod mox ostendemus: ac proinde hoc quoque argumentum nullius esse ponderis. Stat enim illud Domini dictum, *Quod Deus coniunxit, homo ne separato:* quod quum imaginatur idem

Leo tum demum valere si personæ in eodem statu perseverent in quo tum erant quum coniugium iniretur, planè vim facit Christi verbis: neque si ita res esset, vel dicendum fuisset Apostolis, *Non expedit ergo matrimonium contrahere?* vel ipsi Christo respondendum, *Non omnes capiunt hunc sermonem*: quoniam facilè iam tum fuisset diuortij remedium in plerisque difficultatibus adhibere, si, vt isti putant, ea fuisset Christi sententia.

Ætas.

Dio. lib. 56  
l. 27. C. de  
nupt. l. 12.  
C. de leg.  
hered.

Quod de ætate coniugū lege Papia cautum erat, nequa quinquaginta annis minor sexagenario nuberet: aut hac ætate iunior quinquagenariam duceret, videtur saltem, quod ad posterius caput attinet, optima ratione niti: quoniam alioqui videtur aberrari à præcipuo cōiugij fine, quum quinquagenariis maiores ad concipiendum ineptas esse constet. Itaque quanuis postea Iustinianus hanc legem sustulit, laudo tamen Magistratus qui tam imparia cōiugia in sua iurisdictione non ferūt: verum semel inita dirimi non posse concedo.

Status personæ.  
l. 23. C. de  
nupt.

In genere verò interdicta illa de nuptiis ob personæ statum imparibus, merito videntur à Iustiniano & Canonicis sublata. Coniugia verò inter tutorem & pupillam, curatorem & adultam, præsidem prouincix

ciæ & fœminam ipsius iurisdictioni subiectam, optimis sanè de causis prohibebantur, vt & illud, ne coniugia ex rescripto Principû peterentur. Eouque tamen prohiberi certè non debuerunt vt inutilia censerentur, vel semel inita dirimi possent, sed satis fuit pœnis castigari qui hac in re delinquerent: quatenus etiam Canonorum moderationem maximè probo.

*l. 4. C. de incest. & inutil. nup.*

In errore qualitatis, teste Harmenopulo, putà, si vir nuptiarum tempore deprehenderit fuisse stupratam ac deuirginatam quam vt virginem duxerat, dirimi matrimonium cœset Patricius: rectiùs id quidem quàm Canonici, qui cōtrarium docuerunt, quum expressum Dei verbum etiam vt adulteram puniri iubeat, qua de re suo loco diximus.

*Harm. in prōptuario, lib. 4. tit. 12. c. quod autē, 29. q. 1.*

*Deut. 22. 28. Frigiditas.*

De seruitute verò & adoptione cur nobis non videatur laborandum iam antea diximus.

*Suprà, pagina 103, & deinceps. l. 10. C. de repud.*

Frigiditate ante coitum apparente, & quidem insanabili (cui cognoscendæ Iustinianus primùm quidem biennium, deinde verò triennium constituit) dissolui non tantùm nuda sponsalia, verùm etiam coniugia iam alioqui (si copulam excipias) penitus contracta, rectè constitutum fuisse antea diximus. Verùm quid si quum antea

*Nouell. de nupt. c. 2. §. per occasionem. & Nouell. vt liceat matri & auis, §. prædictis. c. 1. & 2. 31. q. 1. c. 25 & 27. 32. q. 7.*

vir planè vir effct, morbus iste inciderit? Hic verò rebus iam non ampliùs integris, hæc quoque calamitas ab altera valente persona ferri constanter debét. Vires autem ab eo frustra non flagitabit à quo statueret debet sese ad cœlibatum vocari, vt qui remedium quo vtebatur ipsi ademerit, nec tamen inter diuortij causas morbum numerarit.

Paralyfis &  
alii id ge-  
nus morbi.

Idem de paralyfi, & aliis id genus quibuscunque morbis constituendum, qui commiseratione non pœna digni sunt. Sed quid si, inquires, probè prospiciatur ægro-  
tanti, & ipse etiam consentiat? Respon-  
deo, non esse hîc nobis aliunde quàm ex  
verbo Dei sapiendum, qui pronuntiat non  
alia ratione quàm ob vnicum adulterium  
(matrimonio iam videlicet re ipsa con-  
summato) diuortium faciendum. At cur  
non possit quispiam, dices, ius suum al-  
teri cedere? Imò verò nullis etiam huma-  
nis legibus id facere licet alterius præiudi-  
cio. Alter autem ille, Deus ipse est, con-  
tra cuius voluntatem non possunt de suis  
corporibus statuere qui ab eo sunt inter se  
demum coniuncti, ea videlicet lege vt al-  
ter alterius corpore vteretur quandiu ipsi  
Domino liberet, non autem vt illud alte-  
ri vtendum tradere posset: quod si pro-  
piùs

piùs considerasset Augustinus, hanc quæ-  
stionem aliquatenus indecisam non reli-  
quisset.

Quibus pœnis quispiam seruus efficie-  
batur, iis quoque coniugium, vtpote quod  
inter seruos constare non poterat, iure ci-  
uili soluebatur. Sed hoc postea rectè muta-  
tum est à Iustiniano, & rectiùs etiam Ca-  
nonici coniugia inter ipsos etiam verè ser-  
uos inita censuerunt irrita non esse, modò  
videlicet vel tacitus vel expressus domini  
cōsensus interuenerit, vel nihilominus ser-  
uilia munera domino præstentur. Hodie  
igitur exilij pœna, vel damnatione ad tri-  
remes cōiugium minimè dissoluctur. Nam

neque deportatio neque interdictio aquæ  
& ignis iam olim matrimonia dirimebat,  
quod apertè sanciuit Iustinianus. Nam Cō-  
stantinus hac addita conditione, *Si casus in*  
*quem incidit maritus, non mutet uxoris affe-*  
*ctionem*, videbatur vxoris arbitrio liberum  
id tacitè relinquere.

Iam autem placet accedere ad causas di-  
uortij quas ipsi Imperatores Christiani iu-  
stas esse decreuerunt. Istas igitur enumerât  
Theodosius & Valētinianus, propter quas  
vxoꝝ virum possit repudiare: quibus alij  
postea, nempe Leo & Iustinianus, quasdam  
adiunxerunt:

August. de  
sermone  
Domini in  
monte, lib.

1.  
Exilium.

Damna-  
tiones.

l. 24. C. de  
dona. inter

virū & vx.

Novel. de  
nupt. §.

quod autē  
prius.

Extra, de  
cōiug. ser.

l. 24. §. Sin  
autē. C. de

dona. inter

virū & vx.

l. 1. C. de re  
pud. Nou.

de nupt. §.  
deporta-  
tio.

l. cōsensu,  
& lin. cau-

sis. C. de re

pud. Nou.

de nupt. &

Novell. vt  
liceat ma-  
tri & auiz.

- 1 Adulterium.
- 2 Homicidium.
- 3 Veneficium.
- 4 Molitio cōtra imperium non indicata.
- 5 Si crimine falsi damnatus.
- 6 Sepulchrorum dissolutio.
- 7 Sacrilegium.
- 8 Si latro, vel latronum susceptor, vel abactor, vel piagiarius.
- 9 Si familia vel vxore inspiciēte cum impudicis mulieribus cœtum inierit.
- 10 Si vxoris vitæ fuerit infidiatus, vel infidiari volentes sciens nō indicauerit, nec vicisci secundum leges statuerit.
- 11 Si verberibus ingenua indignis vxorem affecerit.
- 12 Si vxoris castitati infidiatus, aliis etiam eam adulterandam tradere tentauerit.
- 13 Si adulterij intentatam actionem non probauerit.

Viro autem vicissim hæ causæ tribuunt potestatem vxoris repudiandæ:

- 1 Adulterium.
- 2 Veneficium.
- 3 Homicidium.
- 4 Plagium.
- 5 Sepulchrorum violatio.
- 6 Sacrilegium.
- 7 Si latronum faulrix.



- 8 Si viro ignorante vel nolente conuiuia extraneorum appetierit.
- 9 Si eo ignorante sine iusta causa foris pernoctarit.
- 10 Si extra viri voluntatem ludis & spectaculis inhæserit.
- 11 Si vitæ mariti infidiata sit, aut infidiâtes sciens non indicarit.
- 12 Si aduersus imperium molita.
- 13 Crimen falsi.
- 14 Si manus audaces viro iniecit.
- 15 Si abortum sponte fecerit.
- 16 Si cū viris voluptatis occasione lauetur.
- 17 Si viuo marito cum aliis de suis nuptiis sit loquuta.

Has igitur causas illi commemorant, quanquam in iis non sibi semper constant. Iustinianus enim ob verbera noluit repudium mitti marito. At Leo causas quasdam alias commemorat ob quas soluta quoque fuerint coniugia, nempe mariti prodigalitatē, religionis diuersitatem, & si quæ promissa sunt non persoluantur, etiam per inopiam.

Istis porrò etsi non legimus Episcopos expressè intercessisse, tamen longè aliter fuisse in Ecclesia iudicatum, tū ex veteribus canonibus, tum ex Patrum scriptis liquet: idque fanè meritò. Nam si ista valeant, vbi

Novell. vt  
liceat ma-  
tri & auia.  
§. si quis  
autem.  
Leo Nou.  
112.

Christi verbum illud, *Quod Deus cōiunxit, homo ne separato?* Magna porrò pars eorum scelerum quæ ibi enumerantur capitalia quum sint, an non, obsecro, Imperatores oportuit nihil hîc statuerè de diuortijs, sed potiùs officium facerè, & si illa euenirent, iusta mortis pœna coniugium finire? Quòd si præpòstera misericordia vti malebant, an non satis fuit peccare, ei parcendo quem Deus & ipsamet eorum leges capitis pœnas luere iubent, nisi etiam coniugia contra expressum Christi interdîctû dirimendo, ad crimen adulterij miseros pellicerêt? Aliæ verò quædam causæ huc spectant vt adulterium ex iis probabiliter præsumatur. Et sanè difficilem esse adulterij probationem constat, quam etiam Canonici veluti studio quodam videntur magis ac magis obscuram ac perplexam reddidisse: neque iis assentior qui illud x i i. Tabularum, ἀπόφασις ἐν ἀποδοσίς ἕχοντες, perpetuò requirunt. Non esse tamen ex coniecturis quantumuis probabilibus in re tam graui iudicandum res ipsa clamat, nedum vt non bene probato crimine, coniugium tamen dissoluatur, quod sanè & absurdum & iniquum est. Cur non igitur potiùs officium facit Magistratus, arrepta amplioris quæstionis ex probabilibus coniecturis occa-

occa-

occasione, vt veritate cōperta ex Dei verbo iudicetur? Ex causis verò à Leone enumeratis duæ tã sunt leues, vt vix mihi persuaserim vnquam sub Christianis Imperatoribus seriò valuisse, sed ab eo potiùs cōmemoratas vt causæ seruiret. Vnica causa superest, nēpe hæresis siue manifesta impietas, aut falsa prorsus religio, de qua quid constituendum sit vno verbo tam perspicuè declaravit Apostolus, vt qui contrà sentiunt prorsus indigni sint qui audiantur, quamcunque tandem vel Ciuilem vel Ecclesiasticam auctoritatem prætexant. Sed nos de hac re antea plus satis.

Iam autem placet Canonorum præterea quædam excutere. Ac in primis quidem quæ sit eorum de incestuosis quibusdam coniugiis sententia quum suo loco differuerimus, iis nunc placet opponere quæ hac de re disertè scribit Ambrosius, vt ex hoc saltem liqueat quo iure isti soleant auctoritatem Patrũ prætexere. Sic igitur Ambrosius ad Paternum quendã amicissimũ suum scribens: *Paterni quidẽ unanimis mei salutationẽ legi, sed cōsultationẽ hand quaquã paternã, vt velis filio neptẽ collocare ex filia.* Et mox, *Quid tu consulas quæso tecum retrahes, &c. Tu copulare paras filium tuum & neptem ex filia, hoc est vt accipiat*

Canones  
quidam  
expens.

Ambros.  
lib. epist. 9.  
ep. 66.

*sororis suae filiam, diuersa licet matre quam  
 socrus editus. Interroga nominum religionem:  
 nempe auunculus iste illius, illa huius neptis  
 vocatur. Nec ipse te reuocat sonus nominum  
 quam hic auum resonet, illa hoc nomen ad a-  
 uunculum quod ad auum referat? quanta dein-  
 de etiam reliquorum confusio vocabulorum?  
 Idem auus & socer vocabere: ea quoque tibi  
 neptis & nurus diuerso nomine nuncupabitur.  
 Mutuabuntur etiam fratres diuersa voca-  
 bula, ut illa socrus sit fratri, ille gener sorori.  
 Nubat auunculo suo neptis, & immaculato-  
 rum pignorum charitas illecebrosò amore mute-  
 tur? Super hoc igitur meam à sancto viro Epi-  
 scopo vestro expectari sententiam non opinor  
 nec arbitror. Et mox, Num ideo licet quia  
 non est prohibitum? Minimè, interdictum est  
 enim natura iure, interdictum est lege quae est  
 in cordibus singulorum: interdictum est inui-  
 labili praescriptione pietatis, titulo necessitu-  
 dinis. Ego autem & prohibitum assero, quia  
 quam leuicra interdicta sint, multò magis hoc  
 quod arctioris plenum est necessitudinis, inter-  
 dictum arbitror. Item, Oportet ab eadiscedas,  
 intentione quae etiam si liceret, tamen tuam  
 familiam non propagaret. Debet enim tibi fi-  
 lius noster nepotes, debet etiam neptis charis-  
 sima pronepotes. Hæc illic, nec tam ille pro-  
 fectò quam ipsius naturæ, pietatis, hone-  
 statis,*

statis, imò Dei ipsius Opt. Maximi vox. Sed & illud expendamus quod constituunt si quis eam ducat quam prius per adulterium polluerit. Huius facti quæstio duplex est. Aut enim quispiam *àzamos* alienam uxorem corrumpit quam postea, marito ipsius mortuo, ducit: aut quispiam iam maritus cum alia soluta rem habet, quam postea vel mortua vxore sua, vel etiam adhuc viuente, ducit. In illa igitur priore specie volunt cõiugium separari Canonici, si modò ea de qua quæritur vel suo marito, vel vxori eius cum qua adulterium committit, mortem machinata sit: vel constante adhuc matrimonio priore, interuenerit aliqua promissio de posteriore ineundo. At qui veteres Synodi sine exceptione prohibent eiusmodi coniugia, & meritò quidem, utpote quæ adulteria sint: & mira fuit Gratiani oscitantia, cum quo etiam Lombardus impingit, hanc ex Augustino sententiam, *Denique mortuo viro cum quo verum connubium fuit, fieri verum connubium non potest cum quo prius adulterium fuit*, subblata negante particula proferentis. Nam etiam si fortassis in codicem mendosum incidit, tamen ex iis quæ eo loco præcedunt errorem deprehendere potuit. Causa verò cur ista non appellem coniugia, sed

Siquis ducat adulterio pollutam.

Vide 31. q. 1. & totum titulum. Extrà De eo qui duxit vxor. Leo No. uel. 90. Eliber. Cõcil. can. 72. Tribur. cano. 40. 49. 51. c. 2. 31. q. 1. Lib. sent. 4. c. 35. August. de nupt. & concub. li. 1. c. 12.

adulteria, ac proinde in Ecclesia Dei prorsus intolerabilia censcam, non tantum est ciuilis illa quam vnam videntur confiderasse qui illas condiciones excogitarunt, quoniam videlicet alioqui periculum esset ne hac occasione mariti vxoribus, & vicissim vxores maritis, mortem machinentur: sed hæc præcipuè, quòd nihil aliud sint re vera quam adulterij quædam continuatio. Neque his obstat quod excipiet nimirum aliquis, nèpe quæ turpi libidine prius cognoscebatur, posse postea coniugalè affectu induere: quæadmodum nemo negat honestè, mutato videlicet animo, duci posse, cum qua prius vel manifesta scortatio fuit, vel concubinatus duntaxat, sicut idè Augustinus testatur. Nam qui scortatur, quauis ritè inter se non copulerentur, tamè quoniam alioqui nulli alij sunt obstricti, ideo possunt postea vitium quod in eiusmodi copulæ malo initio fuit, per Dei gratiam, corrigere: at in adulterio non defectus aliquis inest qui postea possit emendari, sed nihil est præter horrendum crimen, quod sibi ferio displicere quomodo tandem verè dici possunt corà Ecclesia testari qui rursum inter se quanuis honestum coniugij nomen prætexentes, coniungi postulant: quum eos potius adulterium commissum lugere,

lugere, omnémque adè inter se copulam horrere oportuerit? Ego igitur hac de re ita existimo, tantisper dum meliora quispiam doceat. Certè si illa ratio valeat, ne ne tum quidem quum in alterius vitã machinatum est, dirimi matrimonium oporteret, quoniam tum quoque obiici posset, adulteros tum voluisse tollere eam personam è medio quæ obstabat quominus sine periculo possent libidinem explere, quem animum postea in conjugalem affectum mutarint. Denique non patitur quodammodo ipsa rerum natura vt ratum sit coniugium ab eo ipso, nempe adulterio incipiens, quo vno rata alioqui conjugia separantur. Neque est cur nos moueat Dauidis exemplum qui Bersabem duxit, ipsius etiam marito proditoriè occiso. Quis enim si hoc imitetur non meritò puniatur, nedum vt hoc exemplo niti possit cuiusquam consciëntia? Sed quid si adulter, viuente adhuc sua vxore, illam adulteram duxerit? Tum verò rectè constituunt Canonici, vt si cū adultera sciëte contractũ est illud posterius coniugiũ, dirimatur: at illud non rectè, quòd si quis vxorẽ habens, alterã insciam superinduxerit, volũt vxore priore mortua, confirmari matrimonium

c. 1. & 7.  
 Extrà, De  
 eo qui du-  
 xit vxorē.

cum secunda, adèd vt ne si velit quidem ipse possit ab ea recedere. Hoc verò quid aliud est quàm polygamiam manifestissimè confirmare? At enim, inquit, qui hoc commisit non debet lucrum de suo dolo reportare. Imò cur non id scelus potiùs quàm dolum vocant? & quæso, quod tandem est hoc lucrum, siue illum sceleratum, siue istam vsque adèd turpiter deceptam spectes, si cogatur quidem ille in peccato sciens prudens perseuerare: isti verò fiat illum vià se cum perdēdi potestas? At potuit ille, inquit, postea in istam matrimonialiter cōsentire. Scilicet dignum est honestissimum coniugij nomen cuius velamine tanta spurcitics tegatur. Sed vtinam tandem fungantur officio suo pij Magistratus, vt nullus istis disputationibus locus relinquatur.

Raptus.  
 l. vii. C. de  
 rapt. virg.

De raptu verò quanto sanctiora sint civilibus legibus constituta, quàm à nostris Canonice inter stuprum & raptum plerunque non distinguentibus, atque adèd inter se prorsus dissidentibus: quàm turpiter denique Scholastici hac in re Pontificibus sint adulati, qui plenissimè volet cognoscere, legat creditissimam de hac re tota disceptationem Petri Martyris in lib.

c. 36. q. 1. Iudicium, capite 27. Tria tantum hîc insignia



gnia nunc annotabo. Vult Aurelianense concilium Ecclesiam patere raptoribus, vt mortis pœnam euitēt, nec inde extrahi nisi cautione accepta ne occidantur vel exhæredentur. Quid est autem detestandis flagitiis fauere, quid est templum Dei polluere, quid est Magistratibus officium facientibus sese opponere, si hoc non est? Etiam si rapta cōsenferit raptori, vult tamen idem Concilium raptori adimi & parentibus restitui, & id quidem recté. At bonus Innocentius tertius respondet, *Si puella inuita rapta fuerit, & postea consentiat matrimonio raptoris, nuptias esse contractas*: in fauorem matrimonij scilicet, legibus omnibus diuinis & humanis violatis. & quid est Deo illudere, si hoc non est? Denique vt nihil ad extremam impudentiam deesset, veteres canones puriores vno verbo eludens Thomas, ait fuisse latos ad criminis detestacionem, Papam verò postea rem melius considerasse. Caietanus verò non oportere raptam restitui cōtendit, sed sufficere si patri aliquo modo satisfiat. Quid plura? si Lucio Papæ creditur, vnico verbo abolebitur etiam raptus crimen, nempe si dixerit puella verba de nuptiis priusquam raperetur etiam inuitis parētibus interuenisse. En quò prouchantur isti religiosi & casti Patres,

f. j.

c.7. Extrà,  
de rapt.

Thom.in 2.  
2.c.cū cau-  
sa. Extrà,  
de rapt.

Ecclesiæ scilicet Christianæ columina. Quæ verò de his fuerit veterum Synodorum sententia, quærite ex canone Apostolico 67. Chalced. 27. Synodi sextæ can. 93. Basil. can. 22. & 30.

Sterilitas.

August. 11.

1. De ster-

mone Do-

mini in

monte.

Idem De

bono con-

iug. cap. 7.

c. 18. 32. q.

5. c. 25. &

27. 32. q. 7.

Gell libr.

4. cap. 5.

De sterilitate rectè prorsus in Canonibus statuitur, ne ob eam vel aliud eiusmodi vitium diuortium fiat. Est enim vitium illud plerunque occultum, & cui sæpe Deus de remedium tunc attulit, quum prorsus desperatum videbatur. Deinde quum cum qui coniugium init, certum sit, quod ad sobolem saltem attinet, ab eo totum necessariò pendere qui claudit & aperit vterum pro bona sua voluntate, videtur sanè manus ipsi Deo quodammodo iniicere qui quam ex eius manu accepit repudiet nisi liberos ipsi pepererit. Paratum enim est illud Iacobi responsum, *Num ego sum Deus qui fructum ventris tui inhibuit?* Itaque prorsus iniqua fuit illa primi Romæ facti repudij causa: & quod nonnulli Pontifices suis iniquissimis hac in re dispensationibus, quas vocant, prætexere consueuerunt, nèpe boni nescio cuius publici interesse, (vt ipsi loquuntur) prorsus inane & vanum est commentum, quod suis sordibus obtendunt. Stat enim illud, non esse nobis facienda mala vt eueniant bona, quàmuis mala interdum ferantur quæ

quæ corrigi non possunt. Quàm autem & publicè & priuatim insignibus familiis etiam ac regnis istiusmodi iniquissima diuortia, iusto Dei iudicio, iam olim nocuerint, nedum vt bono publico concessa sint, vtinam extam multis tàmque insignibus testimoniis non ita constaret! Probo igitur quod in huiusmodi morbis statuitur à prioribus Canonibus, quibus consensisse leges posteriores Ciuiles ex eo liquet, quòd sterilitatem & cætera eiusmodi mala inter diuortiorū causas non recensent. Sed viderint rursus iidem Canonici quo modo non ¶. 18. 32. q. 7 à reliquis dissentiat Gregorij tertij rescriptum, à Gratiano citatum.

Incidente quantumuis ratis sponsalibus elephantiasi, nouo matrimonio locum esse, atque adèò ne volentibus quidem sponis vlteriùs progredi bona conscientia licere, antea contra Canonicos diximus. Sed quid si iam consummato matrimonio superuenierit? Respondent Canonici, quibus nonnulli assentiuntur, compellendam sanam personam ad mutuam alterius consuetudinem: alij contrà tum quoque dirimi coniugium & nouas nuptias contrahi posse iudicant, modò altera pars consentiat, & ipsius alimentis cōmodè consulatur. Ego neutris possum assentiri. Nam quod boni Canonici

Elephantiasis.

Supra pag. 107. & deinceps.

Extra, tit. de coniug. leproforū.

f. ij.

prætexunt, nō licere videlicet excepta causa fornicationis vxorem dimittere, mirū est eos proferre audere, qui tam multas præterea diuortij causas excogitarunt, de quibus passim diximus. Valet tamē illud profectō, & eousque valet, vt nulli homini liceat illud rescindere. Sed aliud est vxorem dimittere, quàm eousque duntaxat cum alio coniungi quousque bona conscientia patitur. Bona autem conscientia certè non patitur vt eam quoque coniunctionem vel petat vel concedat quispiam qua vti non possit quin & Reipublicæ toti certò noceat, & seipsum ac naicituros liberos sciens perdat. Sed quid si alter vratur, vel etiam neuter habeat continentix donum? Petat vterque & precibus pugnet. Verū an obtinebit? obtinebit certè vt tentationem vincat, nisi per eum steterit, quoniam in fide precabitur. Certū enim est eum ad continentiam vocari, cui per Dominum obicitur impedimentum quominus ordinario aduersus vsionem remedio vti possit: alioqui quid infinitis hominibus fiet, plurimas alias ob causas in nihilo minorem difficultatem redactis? Eadem ratione puto iis satisfieri posse qui nouas etiam nuptias concedunt, quod ego quidem (sit autem hoc bona cum eorum venia dictum qui aliter sentiunt,

sentiant, & nullo earum Ecclesiarum præiudicio quæ aliter hac de re iudicant) non video quânam sit verbo Christi consentaneum: cui tamen vni in foro conscientiæ standum in his controuersis prorsus arbitror. Quod autem afferunt de ægrotantis consensu, alibi dixi cur nullo modo videatur admittendum, quoniam videlicet proprietas, siue plenum dominium corporis ad coniugem non transit in contractu matrimonij, sed vsus duntaxat personam ipsam non egrediens, ideoque coniuges ius quod alter in alterum habet, transferre nullo modo possunt. Sed quod de ægrotantis alimentis adiiciunt, vsque adeò æquum est, vt qui aliter faciat Christianus censeri non debeat: eo tamen prætextu coniugij vinculum solui non video quânam colligi possit. In summa, manere matrimonij vinculum, ac proinde diuortio, ne ob elephantiasin quidem, consummato matrimonio, locum esse existimo: hætenus tamen vt alter alterius corpore vti bona conscientia non teneatur: imò etiam Magistratus imperio merito prohibeatur.

Iidem Canonici quenquam negant suam uxorem posse interficere: quod sanè ne leges quidem ciuiles probant, sed ita tolerant, vt iusto dolori aliquid indulgeant. Sit

Coniugum  
interfe-  
ctores.  
c. 2. & 5. &  
6. & 7. 33.  
q. 2.

hoc igitur sanè in foro conscientiaè damnatum. Sed quod coniugum suarum interfectores omnem spem coniugij adimunt, quo iure faciant, ipsi viderint.

An iudiciũ  
præire o-  
porteat re-  
pudio & di-  
uortio.

Et de his quidem hæctenus. Sed duo minimè prætermittenda sunt in hoc argumento. Vnum, an absque legitima cognitione sit iustum siue repudium, siue diuortium: alterum, ad quos earum controuersiarum cognitio pertineat. Quod ad illud prius attinet, quid sit constituendum videtur res ipsa penitus ostendere. Primùm enim si iniquum est quenquam vel in re minimi momenti sedere in sua ipsius causa iudicem, quoties saltem aliorum interest quid in ea statuatur: quanto æquius est id seruari quum de societatis eius vinculo dirimendo quaritur, quæ est totius humani generis veluti exordium, atque ad eò cuius auctorem sese Deus ipse profitetur? Huc & illud accedit, quòd vix vlla incidere potest hac in re controuersia, in qua, si de factò controuertatur, testes citandi & attentissimè audiendi non sint. Deinde quum vix quicquam in rebus humanis euenire possit quo vehementiùs quisquam commoueri possit, quis non videt quæ mala sint euentura, si idem sit iudex qui factam sibi iniuriam quaritur? præfertim

fertim verò quo pudore vxor suo arbitra-  
 tu non tantùm in maritum aget, verùm e-  
 tiam sese ab eo sciunget? Nihilominus ta-  
 men quum maritus sit familiæ caput, mul-  
 tum ei tribuendum videtur. Et constat ap-  
 pud Iudæos voluntaria fuisse repudia & di-  
 uortia. Aliud enim fuit de adulterio accu-  
 sare (quod erat capitale crimen, ac proin-  
 de apud iudices necessariò disceptabatur)  
 quàm diuortium petere, quod quum sibi-  
 ipsi vnusquisque daret, verisimile est tunc  
 à iudicibus peti non consueuisse. Sed & a-  
 pud Romanos quanuis vetusto iure con-  
 queri licuit, si falsam ob causam nuntius re-  
 missus diceretur, tamen quum per liber-  
 tum diuortium mitti soleret, aduocatis  
 præterea (sicut tandem constitutum fuit)  
 septem testibus ciuibus, puberibus, appa-  
 ret intra priuatos parietes id fieri consue-  
 uisse. Et sanè quum ob priuatas qualuis  
 offensiones diuortia licerent, mirum non  
 est priuatim illa agitari & decidi tunc con-  
 sueuisse, quum res tota esset in arbitratu  
 eius posita qui nuntium remittebat: neque  
 actio ex sponso, vel iudicium de malis mo-  
 ribus cò spectaret vt diuortium non fie-  
 ret, sed huc potiùs vt diuortij infamia pe-  
 nes eius auctorem resideret. Imò etiam  
 expediebat multa eiusmodi priuata delicta  
 f. iiii.

l. 9. D. de  
 diuor.

palàm non fieri, adcò vt plurimum interdum interesset eius quoque personæ quæ repudiabatur, vt intra domesticos parietes quicquid esset controuersix decidere-  
 tur. Aduocari autem consueuissè amicos, vel illud iudicium Césorum declarat quod ex Valerio Maximo aliquando citauimus. Nunc verò quum non nisi adulterio vel desertione repudium aut diuortium sit legitimum ( quæ probari necesse est, vt & mortem ipsam si fortè de ea ambigatur) neque nunc sint priuati arbitrij matrimonia, vt pote quæ conscia tota Ecclesia fiant: non est æquum & honestum duntaxat, verùm etiam prorsus necessarium publicam cognitionem controuersiarum, quæ plurimæ & maximæ in hoc argumento sunt, præire: & priuata auctoritate facta diuortia vsque eò damnari, vt qui non expectata iudicum sententia alteram duxerit, meritò separetur, tantisper saltem dum cognitum de controuersia fuerit: nec etiam si causam postea probauerit, prius ad vxorem temerè superinductam redire sinatur, quàm culpam offendiculi deprecatus Ecclesiæ satisfecerit. Quòd enim Abrahamus Agarem eiecit, huc trahi non potest, nec sine veri iudicis, Dei videlicet, mandato factum est.

Valer. lib.  
 2. tit. 4. De  
 Censoria  
 nota.

c. 1. 33. q. 2.  
 c. 9. 35. q. 5.  
 c. 3. Extrà,  
 de diuort.  
 & c. 16 Extrà,  
 de off.  
 deleg.

Gen. 21. 12.



Sed ad quos iudices pertinet istarum rerum cognitio? Id verò difficile non est estimare partim ex rei ipsius natura, partim ex purioris Ecclesiæ consuetudine. Contractum hunc diximus mixtum esse, quoniam quatenus ad societatem humanam spectat, planè civilis est, vt & reliqua hominum inter se commercia: quatenus verò Deus expressè dicitur interuenire, & coniuges copulare, (vnde etiã hic mos est vetustissimus, & planè, vt arbitror, Apostolicus, vt publicè in Ecclesia benedicantur qui hunc contractum ineunt) planè diuinus est & Ecclesiasticus. Huc accedit & illud quòd in iis quæ ad ipsum coniugij vinculum attinent, ex vno Dei verbo cuius primaria est in hoc contractu auctoritas, decidendæ sunt controuersiæ: verbi autem diuini interpretatio proculdubio ad ministerium Ecclesiasticum spectat. Denique quum dissidentes coniuges sui officij admonendi sint ex Dei verbo, & quoad eius fieri debet ac potest, reconciliandi, tum quoque quum iusta diuortij causa comperitur: quum denique satisfactiones Ecclesiasticæ sæpe iniungendæ sint, quod fieri absque causæ cognitione nec potest nec debet: ad quos alios, obsecro, hæc cura po-

Ad quos iudices pertinet causarum matrimonii cognitio.

tiùs quàm ad Ecclesiam, id est Ecclesiæ presbyterium, illic quoque vbi Magistratus Christianus est, pertinebit? Et fuisse hūc morem totius veteris Ecclesiæ, etiam sub Christianis Imperatoribus ex Canonibus apparet, ex quibus proculdubio presbyterium, nulla cum Magistratus iniuria, iudicabat, sicut vel ex illo incestuosi Corinthij exemplo liquet. Verùm quænam illa erant iudicia? nempe merè Ecclesiastica siue spiritualia, nullis prorsus ciuilibus, siue pecuniariis siue corporalibus pœnis sancita. Absit enim vt sanctos Episcopos vel Presbyteros vsquam existimemus sibi vendicasse vllas ciuilibus Magistratus partes. Mors enim Ananiæ & Sapphiræ, excæcatio Elymæ, & si qua eiusmodi facta sunt, extraordinaria & singularia fuerunt, neque in exemplum magis trahenda quàm Phinees factum. Sed rursus quum contractus iste, vt paulò antè dixi, vel maximè ad societatem humanam pertineat, plurimèque merè ciuilia in controuersis coniugalibus incidant, vt quæ ad ius dotium, ad donationes mutuas, & plurima eiusmodi spectant: atque ad eò plurimùm intersit Reipublicæ ritè aut minus ritè ex verbo Dei coniunctos, aut postea separatos, auctoritate quoque

quoque Magistratus, diuinarum etiam legum custodis vindicisque, cognosci: iure suo certè non prophani tantùm, verùm etiam Christiani & religiosi Principes leges de coniugiis posuerunt passim extantes, & ex iis ciuilitè iudicarunt, bonis Episcopis non modò non reluctantibus, verùm etiam hoc inprimis postulantibus. Sit igitur hæc moderatio, vt, quum mixtus sit hic contractus, Presbyterium de iure conscientiæ ex Dei verbo, Magistratus de ciuilibus, ex legibus bonis & æquis iudicet: quòd si diuortio sit locus, Presbyterium quidem ex verbo Dei diuortium faciendũ pronuntiet, Magistratus autem ipsemet dirimat: ita vt nec illud delibet vllam Ciuilis iurisdictionis partem, nec Magistratus ciuilis quæ Ecclesiastici ministerij sunt ad se pertrahat, quin potiùs Ecclesiæ auctoritatem factam tectam tueatur. Itaque quòd nolunt Canonici in foro conscientiæ valere diuortia, nisi præierit Episcopi iudicium (præerat autem Episcopus Presbyterio, ex cuius etiam non autem ex sua vnus sententia iudicabat) in eo rectè sentiunt. Sed quorsum hoc ad Officiales, Promotores, Procuratores, totam denique illam porcorum colluuiem quæ Ecclesiam Dei iampridem deuastat? quorsum hoc ad illa non

Ecclesiæ tantummodo Christianæ, verùm etiam vniuersi mundi dedecora? Illa verò quorundam ex isto grege vox, matrimonia iam non iure fori, sed iure poli gubernari: nisi ita vt dixi intelligatur, planè intolerabilis est atque adeò Satanica: siquidem Satanicum est amotis, quos Deus ipse posuit, terminis, confusionem in domum Dei introducere. Quæcunque igitur siue Pontificij, siue Episcopales canones ciuilitè de coniugiis, vt & de rebus ferè omnibus statuerunt, ea Christianorum omnium Principum munus est, vel suo nomine edere si iusta sunt, vel vt ab illegitimis legislatoribus sancita abolere: nedum vt vbi instaurata est pura religio, vllò modo ferri tam turpis, tam manifesta, tam denique intolerabilis ἀταξία debeat, quam Episcoporum ambitio extorsit, auaritia eorundem confirmauit, vtraque iam aboleri non finit. At enim, dicet quispiã, vbi cõstituta non est Ecclesia, neque Christianus est Magistratus, quid agant miseri? nēpe quandoquidem harpyæ istæ tribunalia Magistratum inuaserunt, illas adeant oportet quicquid poterunt impetraturi, potiùs quàm temerè quicquam audeant. Quòd si adiri potest Ecclesia, adeatur sanè potiùs & audiatur. Sic enim olim fuisse factitatū,

& ita etiam Christianas ipsas mulieres suis infidelibus maritis nuntium remisisse liquet ex historia honestæ matronæ quam Apologetici prioris initio refert Iustinus, & ex eodem repetit Eusebius: nec Fabiolæ factum quæ flagitiosissimum maritum absque iudicio Ecclesiæ videtur dimisisse, & alteri postea nupsisse, aliter quàm veræ penitentia testimonio, Hieronymus excusat.

Euseb. Eccl. hist. l. 4. c. 17.

Hieron. in epitaph. Fabiol. De concubinato.

Concubinas vocabant Romani mulieres cœlibis vnus consuetudine contentas, minimè id tamen coniugali affectu: quoniam nec vlla erat facultatum communicatio, neque in familiam eius transibant, idcircoque liberi ex concubina suscepti, legitimi non censebantur. Pellex verò dicitur quæ vnà cum iusta vxore habetur, à Græco nomine *πυλλακη*, quod vocabulum tamen Hebrææ est originis. Sed quam Hebræi *זליל* vocāt, quales fuerunt Agar, Cethura, Bila & Zilpa, & aliæ in Scripturis commemoratæ: sciendum est nec concubinam nec pellicem fuisse, quales erant Romanis concubinæ & pellices, sed vxorem, quanuis nō eo loco & gradu quo matres familiæ haberentur. Vt cunque sit, Romanorum concubinæ, ac multò magis pellices, erant meretricum species, quas mirum non est ab iis fuisse palàm toleratas apud quos scor-

tari flagitium non erat, vt nec apud Græcos. Apud Hebræos verò fuit hic nœuus polygamix, de quo in altera tractatione pluribus differuimus. Cæterùm quum manifestè dicat Apostolus, scortatores non fore regni caelestis hæredes, & velit vnum-  
 quenque suam vxorem habere, dubium nō est quin concubinatus pellicatúsque omnis sit in Dei Ecclesia intolerabilis: quo magis mirum ac penè incredibile est ipsis Iulianiani temporibus adhuc concubinatum licuisse, qua etiam ex re patet non valere eorum argumentum qui Imperatorum legibus de diuortiis ex eo volunt auctoritatem conciliare, quòd Episcopi non legantur eis reclamasse. Nam simili ratiōne concubinatum quoque probare oporteret. Fuit igitur hic etiam eorum temporum nœuus, donec turpem istum & Christianismo pàllam re pugnantem morem Leo corrigeret. tanti est momenti ex vno Dei verbo sapere. Sed operæpretium est quæ Canonicorum fuerit hac in re quoque religio indicare, vt eos tandem pudeat qui inde petūt Ecclesiæ instaurationem, & Concilia errare posse negant. Certè si legantur quæ in concubinarios sparsim scripta sunt, & cum iis comparentur quæ in digamos sunt constituta, manifestè videbit quanto minùs i-  
 stis

Leo nouel.  
91.

stis displicuerint fœdissima quæque, quàm coniugium quantumuis legitimè & sanctè repetitum, vt quo spiritu ducantur hinc saltem perspiciatur. Quid plurà? cum digamo dispensare (si illorum plerisque credimus) ne diabolus quidem possit, nedum Papa: sed ei qui mortua vxore ex ancilla plures c. Fraternitatis di- filios habuerat, modò ne secundas nuptias stinct. 34. esset expertus, bonus pontifex Pelagius, de grege pascēdo valde scilicet sollicitus, Subdiaconatum haud grauatè concedit, *Nostris*, inquit, *temporibus quibus non merita tantum* (excipe merita mortis æternæ) *sed & corpora defecerunt*: nempe libidinibus exhausta, quorum iampridem exhalans fœtor Sodomam & Gomorrhham planè iustificat. Afferunt tamen Scholastici rationem Vide Spē- prorsus dignam quæ ab omnibus cognoscatur, cur digamus sit quouis scortatore & sam lib. de concubinario indignior qui ad sacros illos continētia Ordines promoueatur, *propter sacramenti* secūdo c. 6. *representationem*, inquit, *sive propter significationis defectum*, quia nimirum Episcopus Christum vnus Ecclesie sponsum representat, digamus verò carnem diuisit. Deus bone, quæ hæc impudentia est? Diuisit carnem qui vnus tantum vxoris, siue primæ, siue quotæcunque maritus est? non diuisit carnem qui cum scorto, cum concubina, cum

adultera, volutatus est? Aptior est scortator, concubinarius, adulter ad Christum representandum, quàm castus, quanuis respectito legitimè matrimonio, vnius maritus? & ab istis Catholicis cynædis, quorum vel Satanam ipsum iam pudet, expectabitur diutius Ecclesiæ instauratio? An verò aliquid etiam amplius? Anno Domini quadringentesimo Hispania, sanctissimæ inquisitionis parens, celebri concilio Toletano primo, decreuit *ut qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur, tantum ut vnius mulieris, aut uxoris aut concubinae (ut ei placuerit) sit coniunctione contentus.* Imò vix vobis impuri Patres, qui contrarium Paulo Euāgelium annuntiatis. Quid amplius? *Christiano, inquit Isidorus, non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi vnam tantum aut uxorem, aut certè uxoris loco (si coniux deest) concubinam.* Ergo & tibi Isidore anathema. Nam ex doctrina Pauli non potest quispiam esse membrum scorti siue diaboli, & membrum Christi. Ostende verò scortum non esse quæ cum viro cuius vxor non sit cōsuescat. Quid amplius? Alexander III, Clericum concubinā publicè tenentem suspendi quidem vult & interdici (sed ter, quàm maximo & quàm longif-

Synod.

Tolet. 1. c.

17 c. 2. di-

stinct. 34.

1. Cor. 7. c.

3. dist. 34.

Ita citat  
Spéfa lib.  
2. de cōci-  
nētia cap.  
7.



longissimo circuitu admonitum, vt sanctif-  
 fimum Tridentinum concilium monet) Trident.  
 cōcil. sess.  
 8. decif. 8.  
 donec siniftram à fe fufpicionem amoueat:  
 redeuntem verò ad dimiffam, aut etiam a-  
 liam recipientem perpetuò vult excom-  
 municari: non tamen ad abiurandum com-  
 pelli, ne fraudis diabolicæ inflinctu in for-  
 nicationem relapfus, periurij quoque rea-  
 tum incurrat. Quafi verò nō fatif fupérque  
 magno periurio fe inuoluerit qui fcorto eft  
 addictus. At enim, inquires, pofl excommu-  
 nicationem non potefl Ecclefia vltérius  
 progredi. Cōcedo. Sed cur igitur illud de  
 iureiurādo adiiciunt? nempe quia iam tum  
 partes Magiftratus ciuilis fibi vendicabant.  
 Cur non autem pius Magiftratus publicum  
 fcortatorem, & Ecclefiaē contemptorem,  
 abiicere fcortum cogat, ac iufis etiam pœ-  
 nis coerceat? Sed quiduis nimirum ifti po-  
 tius quàm eiusmodi Magiftratum tulerint.  
 Quid amplius? Valde quidem inuitus Bafil. Bafil. can.  
 26.  
 lij nomen his fordibus permixtum video,  
 quoniam nihil vnquam tale ipfum cogita-  
 fe exiflimo quale eft quod ipfi affingitur:  
 fed tamen ne hoc quidem eft difsimulan-  
 dum. *Scortatio, inquit, non efl matrimonium,  
 nec matrimonii initium. Quare fi fieri poffit vt  
 qui per fcortationem coniunguntur, feparentur,  
 id efl melius. Sin autem eis omnino placeat*

*consortium, scortationis quidem pœnam agnoscant: ne separentur autem, ne quid deterius accidat.* Ego verò inter scortationem & matrimonium concedo tantum interesse quantum inter lucem & tenebras: posse tamen elui subsequente matrimonio sordes concubinatus, ad eò concedunt ipsi Canonici, ut etiam iubeat Clemens tertius (ridiculè tamen fortassis) *ad remissionem peccatorum proficere si quis vel publicas mulieres è lupanari eductas uxores duxerit.* Et quum vim illatam virgini peius quiddam esse constet simplici scortatione, duci verò ex Dei verbo possit à stupratore, si parentes consenserint, puella constuprata: viderit auctor Canonis illius Basilio inscripti, cur non potius concubenarios vel ad coniugium hortetur, vel si hoc impetrari non possit, penitus separari saltem à Magistratu velit, quàm ut eos pergere in ista turpitudine, nescio cuius pœnitentiæ prætextu, patiatur. Quid enim ipsis possit deterius euenire, quum scortatores non sint regnum Dei possessuri? Sed de his plus satis.

Vide Lepidissimum  
can. 20. extra  
tra, de spō  
silib.

De Eunuchis.

De eunuchorum falso cōiugio dixi quidem aliquid antea: nunc verò quid sentiam semel aperiam. Rogatus aliquando à quadam Ecclesia, quid de eiusmodi hominum matrimonio (si modò matrimonium est) existi-

existimarem: respondi siue hoc ab initio rescuerit mulier, siue minùs, siue conquerratur, siue in eiusmodi cõiunctione acquiescat, eiusmodi coniunctionem non modò prorsus nullam esse, id est, indignam sancto & honesto matrimonij nomine, sed etiam in omni bene constituta Ecclesia prorsus intolerabilem.

Primùm enim nulla ex iis causis propter quas ordinatum est à Deo matrimonium, in eiusmodi cõiunctione locũ habet. Nam quod ad generationem attinet, quæ est primaria à Deo instituti matrimonij ratio, non modò nullus homo sic generatur, sed etiam horrendo quodam modo plurimi homines perduntur, quum eiusmodi vir muliebri semen inutile reddat, ad eò vt non modò pro scortatore, sed etiam pro homicida eiusmodi hominem habeam. Etsi enim in scortatione magnum vitium inest, tamen in ea simpliciter contra naturam non peccatur, sed tantum in ἀπαξία. Deinde quod ad alterã matrimonij causam attinet, nempe ad remedium aduersus vstionem & incontinentiam, dico non modò non sic extinguì vchementem illum affectum; sed etiam incēdi quàm maximè, tum ex assiduo obiecti mouentis conspectu, tum etiam ex eius vsu, quem effectus nullus consequatur.

Præterea quòd nonnulli domestica officia prætexunt, et si colore aliquo non caret, tamen vanum & inane esse res ipsa demonstrat. Qui enim probabile est eiusmodi vel virum vel mulierem sic vnà posse simul consuescere, perinde ac si cōtinentiæ dono essent præditi? Itaque quum hæ tres sint causæ legitimi matrimonii, quarum nulla in hac de qua differimus coniunctione locum habeat, consequitur nullum esse ipso iure eiusmodi matrimonium: & quod cum tanta turpitudine, atque ita cū tam immani scelere homicidii cōiunctum est, planè intolerabile meritò iudicari. Nā si quis obii-  
 ciat ne in sterilitate quidem alterius aut v-  
 triusque partis primariam illam causam lo-  
 cum habere, respondeo primùm, sterilita-  
 tem esse vitium intrinsecum, & quod sensu  
 nō percipiatur, sed vsu potius & experien-  
 tia. Deinde addo, sterilitatem, quanuis non  
 semper sit re ipsa medicabilis, meritò ta-  
 men medicabilem præsumi. Dico præter-  
 ea, etiam si ex steriliū congressu nihil na-  
 scatur, tamen aliquatenus naturalem esse  
 coniunctionem, in qua saltem secunda ma-  
 trimonij causa locum habeat. Ex quibus ra-  
 tionibus efficitur longè aliud esse consti-  
 tuendum de steriliū quàm de castratorum  
 matrimonio.

Secundò,

Secundò, benedictio eiusmodi nuptiarum quid aliud fuerit quàm manifestum Ecclesiæ ludibrium?

Tertiò, quod tandem vocationis suæ testimonium habere potest in sua cōscientia qui de matrimonio cogitat, & tamen iis caret quæ ad plenum & iustum matrimonium necessariò requiruntur?

Concludo igitur ex his omnibus, rectè Leo Non-  
uell. 98. constituisse Leonem Imperatorem vt tales coniunctiones non modò non probentur, sed etiam inter scortationes numerentur: & qui eiusmodi nuptiis benedixerit, exauctoretur. Sed quid si rescuerit hoc vitium mulier, & tamen in eiusmodi maritum cōfenserit? Respondeo, nullam quidem ei factam iniuriam videri, sed tamen non efficere mulieris scientiam quominus damnetur quod est contra bonos mores, & suapte natura, sicuti diximus, detestabile.

F I N I S:

t. iij.

I N D E X R E R V M I N S I -  
G N I V M Q V A E I N H A C  
*Tractatione continentur.*

A

A Braham & Saræ coniugium	pag.39
Abraham quomodo Agaram abiecerit	280
Absentia quæ sit censenda desertio	237, & 242
absentia sponsi vel sponsæ interueniente quid statuendum	140
Actio ex sponsu quorsum instituta	251
Adulter an audiendus aduersus adulteram	208
adulter an adulteram, & cõtrà, abiicere teneatur 199, & deinceps vsque ad 208.	
adulterii conuicti cur non admittendi ad mini- sterium Ecclesiasticum	210
adulterii pœnæ Canonicæ	209
adulterii accusatio an perpetua	209
adulterium Pontificibus Romanis leue crimen 214	
adulterium an necessariò indicandum Magistra- tui	195, vsque ad 199
adulterii causa diuortio factò, an statim ad nu- ptias conuolare liceat	255
adulterio penitus dissolui cõiugii vinculum	178,
& deinceps vsque ad pag. 193	
adulterio pollutam duci ab adultero non posse 269	
AËta is in cõiugiis ratio quatenus habenda	260
Affines mariti an vxoris affines, & contrà	67
affines quomodo cum cognatis conferantur	50
	<u>affinium</u>

affinium nomina	46, & 47
affinium alii attrahunt, alii attrahuntur	46
affinium inter se relatio	47
affinitas, quid	45
affinitas an sponſi vel coniugis morte tollatur	77
affinitas an nudis ſponſalibus contrahatur	69
affinitas an quouis coitu contrahatur	72
affinitatis ſpiritualis vinculum, nullum	152, &
deinceps.	
conſanguinei coniugum an inter ſe Affines	68
affinitatis auctores non ſunt inter ſe affines	46
affinitatis quaſi graduum, regulæ	48, & deinceps.
Agnati.	14
Ambroſii locus.	44. 122. 184. 231
Amitini nunquam inter ſe duo ſunt	15
Amitam duxit Ferdinandus Neapolitanus,	86
Amnonis inceſtus	40
Amram amitam duxit	37
Apoſtoli quatenus ἀναμάπτου	223
apoſtolicus canon expenſus	237
Arelatenſis primæ ſynodi canon expenſus	186
Aſcendentes	12
Athanafii locus	149
Athenieſium lex de orba à proximo cognato ducenda	67
Auguſtini locus	38. 60. 63. 117. 120. 122. 123. 124. 152. 154. 185. 263. 269.

## B

**B**aptiſmi ſeptem dona à Papiſtis excogitata  
157

- Basiliæ locus 58  
 basilio attributus canon expensus 205, & deinceps. 239  
 eidem alter canon impurus attributus 289  
 Benedictio malè inhibita in fecudis nuptiis 175,  
 & deinceps.  
 benedictio Ecclesiæ irrita, malis artibus extorta  
 166  
 Boazi cum Rutha coniugium non caruit næuo  
 119  
 Bucerus in diuortiis concedendis facilior quàm  
 par sit 200

## C

- C**Aluini sententia de loco Leuitici 18, 18.  
 60  
 eiusdem sententia expensa de excitando fratris  
 femine 61  
 Canonici inter se digladiantes 157. 211  
 Canonici reprehensi 25, & deinceps. 32. 36. 42. 43.  
 48. 71. 72. 73. 74. 80. 81, & deinceps. 87. 93. 97. 104.  
 106. 110. 130. 131. 134, & deinceps vsque ad 139.  
 142. 153. 176. 182. 184. 187. 189. 190. 191. 204. 210.  
 211. 213. 216. 227. 232. 271. 272. 273. 275. 277. 283. 286.  
 287. 290  
 de Captiua extranea ducenda lex Mosis expensa  
 118  
 Catonis factum turpe 201  
 Chalcedonenſis ſynodi canon obſeruandus 151  
 Chriſtianorum durities cur non ita toleranda vt  
 olim Iudeorum 246  
 Chryſoſtomi ſententia de tollendo anathemate  
 210



|   |                  |
|---|------------------|
| Ciceronis locus   | 54               |
| de Claudefſtinis ſponſalibus  | 87, & deinceps.  |
| Claudianum ſenatuſconſultum   | 34               |
| Cognati   | 14               |
| Cognatorum nomina   | 13. 14. 15       |
| Cognitionum gradus quomodo numerandi  | 19,              |
| & deinceps.   |                  |
| Concubina quid.   | 285              |
| Cóubinarii apud Scholaſticos maior analogia<br>cum Chriſto quàm digami                      | 287              |
| concubinatus intolerabilis in Eccleſia  | 286              |
| concubinatum Leo imperator primus ſuſtulit  | 286              |
| Códitio manifeſtè impoſſibilis nó obligat, con-<br>tra Scholaſticos                         | 10               |
| cum Conditione inita ſponſalia non obligant   | 9,               |
| & deinceps.   |                  |
| Coniugii materia  | 95               |
| coniugii forma  | 95               |
| coniugii accidentia   | 95               |
| coniugii cauſarum cognitionem tum ad Presby-<br>terium, tum ad ciuilem Magiſtratu pertinere | 281, & deinceps. |
| coniugii contractus partim diuinus, partim hu-<br>manus                                     | 281, & deinceps. |
| coniugium interfectoꝝ coniugium immeritò<br>interdicitur                                    | 278              |
| de coniugiis imparibus legum quouſque proten-<br>datur auctoꝝitas                           | 260              |
| coniugia non ſatis religioſè culta Romæ   | 251, &           |
| 252   |                  |

|  |                              |
|--|------------------------------|
| coniugia non pendent præcipuè à contrahenti-<br>bus  | 245                          |
| coniugia rata posse penitus dissolui   | 174                          |
| in coniugiis spectandum non tantùm quid li-<br>ceat, sed etiam quid expediat                               | 45                           |
| coniugia iure fori non gubernari an bene dica-<br>tur  | 284                          |
| consanguinei coniugum an inter se affines  | 68                           |
| Consensitne qui tacuit   | 91                           |
| Consensus illegitimus non est consensus  | 166                          |
| Consobrinus  | 16                           |
| consobrinorum nuptiæ licitæ  | 41, & deinceps.              |
| Continentiæ votum cur sit illicitum & ἀδύνατον,<br>ac proinde sponsalia, nedum coniugia non in-<br>fringat | 144, & deinceps vsque ad 152 |
| ad continentiam vocatio vnde intelligatur  | 145                          |
| Copula sponsalia quæuis subsequens obligat   |                              |
| II   |                              |
| Corrupta sponsa obtrusa pro virgine, quid sta-<br>tuendum  | 100                          |
| Cypriani locus   | 122. 150. 210                |

## D

|  |                    |
|--|--------------------|
| <b>D</b> Auid cur vinxerit concubinas suas   | 74, &<br>deinceps. |
| Debiti nomen nõ rectè à Canonicis explicatum | 214                |
| Demosthénis locus                            | 67                 |
| Deportatio coniugium non dirimit             | 263                |
| Descendentes                                 | 12                 |
| Deserere infidelem an possit fidelis         | 228                |
| Deserta                                      |                    |

|  |                  |
|--|------------------|
| Deserta persona an possit nouum coniugium,<br>superiute deserente, inire                   | 219, & deinceps. |
| desertor quis  | 214              |
| desertor est interdum qui in speciem consentit<br>cohabitare                               | 228, & deinceps. |
| desertor quo loco sit si ignoretur, quid statuen-<br>dum                                   | 235              |
| desertore redeunte, & vxorem repetente quid<br>statuendum                                  | 236              |
| an quæuis Desertio coniugium dirimat   | 231              |
| desertione solui matrimonium<br>vsque ad   | 214<br>228       |
| Deus-dedit Papæ, canon ineptissimus expendi-<br>tur  | 154, & deinceps. |
| Discedere an possit fidelis à fidei  | 234              |
| Diuortii nouas causas nulli homini licuit verbo<br>Dei adicere                             | 243, & deinceps. |
| diuortiorum causæ ab Imperatoribus excogita-<br>tæ, cur non admittendæ in conscientia foro | 264, & deinceps  |
| diuortium quid   | 6                |
| diuortium cur sic vocatum  | 162              |
| diuortium primum Romæ serò factum  | 252              |
| diuortia cur olim priuatim facere licuit   | 279              |
| diuortia temerè facta Romæ coercita  | 253              |
| diuortii libellum cur maritus dare poterat, vxor<br>non item                               | 194              |

## E

|  |     |
|--|-----|
| <b>E</b> lephantiacum sanus sequi non modò non te-<br>netur, sed etiam prohibendus est<br>& deinceps | 275 |
|--|-----|

|   |                                |
|---|--------------------------------|
| elephantiasis & morbus insanabilis contagiosus  |                                |
| 109   |                                |
| elephantiasis consummatum matrimonium non<br>dissoluit  | 275, & deinceps.               |
| Emanuel Portugalliæ rex duas sorores duxit  | 86                             |
| ἐπιγαμρεύειν  | 62                             |
| Epiphanii locus insignis  | 185                            |
| Episcopus an sit verum sese non obiecit Imperatoribus<br>nouas de repudiis & diuortii leges<br>ferentibus | 247. 248                       |
| Ἐπεισέκτων mulierum origo   | 105                            |
| Error in nomine non vitiat sponsalia, quum de<br>corpore constat  | 97                             |
| errore facta sponsalia quatenus valeant   | 95, &<br>deinceps vsque ad 102 |
| Error personæ consummato coniugio an obici<br>possit  | 172                            |
| Euangelium quomodo non aboleat  | πολιτείας<br>244               |
| Eunuchorum sponsalia & coniugia irrita & a-<br>bominanda  | 108, & 291                     |
| Executio  | 103                            |
| de Extranea ducenda lex Mosis expensa   | 118                            |
| F   |                                |
| Fabiolæ repetitum coniugium   | 285                            |
| Ferdinandus Neapolitanus amitam duxit   | 86                             |
| Fideli ad infidelitatem desciscente, & fidelem<br>deferente an solutus sit fidelis                        | 138                            |
| Fornicationis nomine non semper comprehen-<br>di idololatriam   | 132                            |
| Frigiditas  | 103. 261                       |
| Furor quatenus sponsalia vitiet   | 102<br>furor                   |

furor consummatum coniugium non dirimit  
257, & deinceps.  
sponsalia verbis de Futuro concepta non obli-  
gant præcisè 6, & 7, & 9

## G

**G**allica ecclesia melius quàm Romana iudi-  
cauit 104  
Gloris filia an duci possit 53  
Gradus quid 12

## H

**H**ieronimi locus 122. 150. 185. 199.  
200. 285.  
Higini Pontificis locus 152

## I

**I**dololatria certo respectu minùs graue pecca-  
tum quàm adulterium 121, & 249  
Impuberum sponsalia quatenus inutilia 92  
de Incestu leges diuinæ sunt vniuersales & per-  
petuæ 11  
incestus poena 78  
incestuosa sponsalia quæ 11  
incestuosæ coniunctiones non omnes à Mose ex-  
pressæ 56  
cum Infideli sponsalia fidelis valere 113  
infidelium coniugia vera & in foro conscientiæ  
rata 113, & deinceps vsque ad 140  
inter Infideles legitimam coniugiam etiam rata 136  
infideles non omnes pares 116  
de Infidelibus non ducendis lex Mosis expensa  
118, & deinceps.  
Iniuria maior non semper efficit potiozem con-  
ditionem eius cui est illata 167

|   |                  |
|---|------------------|
| iniuriæ condonatio non impedit iudicium publici criminis                | 196              |
| Interdictio aquæ & ignis, coniugium non tollit                          | 263              |
| Inutilia si sponsalia, an semper inutile coniugiû                       | 163. & 164       |
| Ioseph quomodo iustus cogitans Mariam clam dimittere                    | 196, & deinceps. |
| Ius suum an possit coniux alteri cedere                                 | 262              |
|   | 277              |
| Iustinianus continentiaæ votum perperam vrget                           | 254              |
| iustinianus quomodo primus prohibuerit coniugia dissolui mutuo consensu | 254              |
| Iustini locus   | 285              |

## L

|   |      |
|---|------|
| <b>L</b> eonis imperatoris nouella reprehensa         | 257, |
| & deinceps.   |      |
| inter Legitima & rata an rectè distinxerint Canonistæ | 135  |
| Liberi  | 13   |
| Luctus tempus rectè constitutum                       | 255  |
| Ludouicus duodecimus vxorem cognitam malè repudiauit  | 95   |

## M

|  |       |
|--|-------|
| <b>M</b> agistratus ciuiles leges de coniugiis                     | 282   |
| magistratum leges ciuiles de inutilibus coniugiis quatenus valeant | 143   |
| Maiores  | 13    |
| Maritus quousque mulieris caput                                    | 194   |
| Martini quinti turpis dispensatio                                  | 41.86 |
| Matrimonii characterem manere, in sulsum commentum                 |       |

|  |         |
|--|---------|
| mentum   | 183     |
| Meretrices è lupanari ad coniugium educere,<br>meritorium est opus Clemētis tertio | 290     |
| Μυνηεύεσαι & γαμήϊν differunt  | 3       |
| in Monasterium detrusio, adulterii pœna à Sata-<br>na excogitata                   | 213     |
| Morbi turpes   | 111     |
| morbi diuturni nec tamen copulam impediē-<br>tes                                   | 112     |
| Morositas aut mala tractatio an dirimat coniu-<br>gium                             | 232     |
| Mors ciuilis non per omnia æquiparatur natu-<br>rali                               | 249.250 |
| morte dissolui coniugia quantumuis rata  | 174     |
| Mosis lex de excitando fratris semine explicata<br>61, & deinceps.                 |         |

## N

|   |     |
|---|-----|
| <b>N</b> auarrenæ Reginae cōiugium cum Cliuensi<br>Duce cur irritum iudicatum | 172 |
| Non debere, pro non teneri, Gallicismus                                       | 204 |
| Nuptiarum benedictio  | 5   |

## O

|                  |     |
|------------------|-----|
| Officialis curia | 283 |
|------------------|-----|

## P

|  |                  |
|--|------------------|
| <b>P</b> aralyfis  | 103              |
| absque Parentum consensu facta sponsalia<br>non valent   | 87               |
| Parentes an consummato matrimonio possint<br>intercedere | 167, & deinceps. |
| parentibus an cogantur liberi consentire                 | 90               |
| in Patris facultatibus censentur liberi                  | 87               |
| Patria potestas  | 87, & deinceps.  |

|   |                      |
|---|----------------------|
| Patrinos adhibendi mos  | 152                  |
| Paulus nihil adiecit Christi sententiæ de diuortio                | 216, & deinceps. 248 |
| Pellex quid   | 285                  |
| Pellices Hebræorum, vxores  | 285. 286             |
| Petrus quo iure Ananiam & Sapphirã occiderit                      | 282                  |
| Philippus Burgundiæ dux viduam patruï duxit                       | 86                   |
| Platonis locus insignis   | 84                   |
| Plutarchi locus   | 55                   |
| Pœnitentia publica non adimit contrahēdi matrimonii facultatem    | 212                  |
| Pœnitentiæ certum tempus non rectè constitutum                    | 79, & deinceps.      |
| Pontifices Pelagius & Alexander concubinatus fautores             | 287, & deinceps.     |
| Posterii  | 13                   |
| in Præsens tempus sponsalia verbis concepta, præcisè obligant     | 7. 8                 |
| Prohibitorum graduum cognationis regulæ                           | 29, & deinceps.      |
| Prohibitionum affinitatis regulæ                                  | 52, & deinceps.      |
| Propior gradus interdum non prohibetur, remotior autem prohibetur | 32                   |
| Pudenda fratris quid apud Mosen                                   | 58                   |

## R

|   |     |
|---|-----|
| <b>R</b> Ahab coniugium quomodo legitimum | 119 |
| in Raptu quid constituendum               | 272 |
| Repudium quid                             | 6   |



## S

|   |                             |
|---|-----------------------------|
| Solomonis Rabini sententia expensa                          | 60                          |
| Samsonis coniugia illegitima                                | 120                         |
| Scholastici reprehensi                                      | 10. 82                      |
| Scortatio desinere potest in coniugium, adulterium non item | 270                         |
| Seruitus apud Paulum declarat matrimonii vinculum           | 219                         |
| Seruitus pœnæ non dirimit coniugium                         | 263                         |
| Sobrinus  | 16                          |
| Sobrino propior   | 16                          |
| Sorores duæ ab vno duci non possunt, nec duo fratres accipi | 55, & deinceps vsque ad 66. |
| vide  | 86                          |
| de Sponso vel sponsa duorum quid iudicandum                 | 112                         |
| sponsa obtrusa pro virgine, si deprehédatur corrupta        | 261                         |
| ex sponso actio   | 7                           |
| sponsalia cur instituta                                     | 4                           |
| sponsalia veterum   | 7                           |
| sponsalium denuntiatio publica                              | 4                           |
| Sterilitas non dirimit matrimonium                          | 274                         |
| Suetonii locus  | 55                          |
| Synodi sextæ expensum decretum                              | 126, &c                     |
| deinceps.   |                             |

## T

|   |          |
|---|----------|
| Tempus inter sponsalia & nuptias designandum                      | 255      |
| Tertulliani locus   | 114. 152 |
| Theodosius etiam post illegitimum diuortium nuptias malè concedit | 254      |

|  |                  |
|--|------------------|
| Toletana synodus prima concubinam permittit  | 288              |
| toletanæ synodi octavæ canon ridiculus   | 212              |
| Tridentinum conciliabulum à quo spiritu gubernatum   | 127, & deinceps. |
| eiusdem diabolicum decretum  | 168              |
| tridentinum concilium in omnes Patres, atque adeò in Papas præcedentes anathema pronuntiat | 170              |

## V

|  |                  |
|--|------------------|
| <b>V</b> Iduam patruï duxit Philippus Burgundiæ                            | 86               |
| dux  |                  |
| Vis aut metus quatenus sponsalia reddat inutilia                           | 94               |
| vis aut metus an consummato matrimonio possit obiici                       | 172              |
| Vitium seu morbus plenam coniugii consummationem penitus impediens         | 171              |
| Vxor an possit aduersus maritum petere diortium                            | 193, & deinceps. |
| vxor infidelis ab infideli repudiata, an ab eodem post baptismum repetenda | 130              |
| vxores pro sororibus habere diabolicum commentum                           | 105              |

## L O C I

# LOCIS SCRIPTURÆ

diligentiùs explicati.

*Antecedentes numeri capit & versiculum locorum, subsequens verò numerus paginam indicat.*

GENES. II. vers. xx, pag. 112, & 165. Item xx, xii, pag. 39. Item xxxviii, xv, & c. pag. 62.

EXOD. XXI, vii, pag. 88

LEVIT. XVIII, xviii, pag. 56, & deinceps.

DEUT. V, v, pag. 61. Item XXI, i, pag. 118. Itē xxii, xix, pag. 208. Item xxiii, iii, pag. 200, & deinceps.

I. SAMUEL. XXV, xliiii, pag. 203.

II. SAMUEL. III, xliiii, pag. 203. Item XIII, xiii, pag. 40. Item xx, iii, pag. 74.

ESDR. IX, i, ii, pag. 118, & 120.

IOB. I, xii, & xviii, pag. 88.

PROVERB. XVIII, xxiii, pag. 200.

IEREM. III, i, pag. 131, & 203.

MALACH. II, xv, pag. 194.

MATTH. II, xix, pag. 196. Item v, xxxii, pag. 178, & deinceps. Item XIX, v, & c, pag. 165, & 180, & 225, & 244. Item xxii, xxiii, pag. 62.

IOAN. VIII, xi, pag. 202.

ROMAN. VII, ii, iii, pag. 180.

I. CORINTH. VII, ii, iii, iii, xi, xii, xxxix, pag. 123, & 181, & 202, & 223, & 224, & 256.

II. CORINTH. VI, xliiii, xvii, pag. 115, & 120.

## ERRATA.

*Pag. 55. lin. 12. dele aut fororis & lin. 13. dele fratris aut.*

A  
f.

C. 57

6-29-31

2.50









